NAZ.
III

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



PETRI CASTELLANI
GERARDIMONTENSIS

EORTOΛOΓION,

SIVE

DE FESTIS GRAECORVM SYNTAGMA.

In quo plurimi antiquitatis ritus illustrantur.

ANTVERPIAE,
Ex Officina Typographica Hieronymi Verdussij.
Cum gratia & priuilegio.

AMPLISSIMO VIRO'

BALTHAZARO DE ROBIANO,

SVMMO PRINCIPALIS AERARII

PRAEFECTO

L. M. D. C. Q.

PETRVS CASTELLANVS.

PRimum meæ professionis specimen Tibi, VIR AMPLISSIME, meritò debetur, qui primus in eâ mihi favorem tuum ultrò præstitisti. Nec tamen illud hostimentum esse cupio tuorum in me beneficiorum. Eiusmodi arrogantia condonetur amentiæ Appionis, quem Tiberius Cymbalum mundi vocabat, quique immortalitate donari à se putabat, ad quos aliqua componebat. Ego sat habeo si qualecumque

grati animi testimonium publicè extet, quo significē nihil affectui defuisse præter remunerandi facultatem. Si tamen Socratis exemplum non spernis, ego Æschinis munificentiam imitari audebo; & cùm nihil dignum te, quod dare tibi possim, inueniam, quod vnum habeo, me ipsum donare non recuso. Tale verò munus quàm boni cōsules, nemo dubitabit, nisi qui humanitatem tuam ignorat; quæ in eo dignitatis fastigio sic eminet, vt quemquam latere nequeat. Muneris tui dignitas cùm ad ostentandam authoritatem, atque ad explendam ambitionem sit accommodatissima, Te tamen communi Ciuium æqualitate non eximit, neque extra priuatorum mores effert. Adeo nihil mutauit in Te fortunæ amplitudo, nisi vt prodesse tantundem possis, vt velles. Alium anxia supplicantium agmina, congressusque per ambitum parati delectant: fuêre qui miseros inani spe lactarent, quò longam clientū

seriem

seriem velut in pompam circumducerent. Tibi verò quanta semper lenitas, quanta humanitas! vt alijs affectata, Tibi ingenita videatur. Nunquam dura fandi tempora, facillimi semper accessus; & cùm ingens multitudo negotiosorum quotidie limen tuum obsideat, omnibus vnus satisfacis; & quod mirum magis, ita Te geris, vt neminem à sermone tuo tristem discedere patiaris. Sed neque Principi detrimento est tua in Ciues charitas: Atque, vt ex Antonini Pij Scito, *Nihil sordidius, immò crudelius iudicas, quam si rempublicam hi arrodant, qui nihil in eam suo labore conferant*; Ita omni studio contendis, vt æqua bene meritis præmia rependantur. Quâ moderatione consecutus es, vt & summâ P.P. gratiâ floreas & Ciuium amorem, atque beneuolentiam promerearis: Ille Prudentiam fidem Integritatem sequatur; Hi benignitatem, Humanitatem, Comitatem admirentur. Et sanè quid ille de te censeat, egregiè declaravit,

dum in componendis Aquisgranensium factionibus, vti industriâ tuâ voluit: Et quam Hi sibi gratulentur intelligere poteris, quoties tui famâ frui voles. Tam insignes animi dotes, exemplo inter mortales raro, nec fortuna destituit. Eius enim munera tibi ex Socratis voto contigerunt; & cùm intus pulcher sis, exteriora sunt internis amica: opes autem habes, quantas ferre nemo nisi temperans queat. His adde Liberos, quales etiam eligere velles, nisi genuisses. Quid de LANCELOTO nobis censendum sit, iam Principis iudicio definitum est, qui eum dignitate non vulgari auxit. BALTHAZARI ingenium ipse propiùs inspexi, & tota mecum Academia, dum in celeberrimo graviſſimorũ virorum cœtu singularis eruditionis specimen exhibentem, ipsæ etiam scholæ obstupescerent. Morum depravatio locum fecit proverbio,

Ἡρώων παῖδες καὶ ἐλέγχεα.

He-

Heroum filij noxæ.

Sic enim pleriſque comparatum eſt, ut parentum gloria ſocordiam intendát, & ſecuri, fucorum inſtar, alienis ſubſidijs incubent, ſibi ignavi, ſuis graves: At tuus iſte, quaſi virtutem Patris adverſariam nactus, quo vulgus paſſim gloriatur, eo ſe onerari putavit, ſi vitâ degeneri exempla domeſtica macularet. Igitur ita ſe ſtudijs dedit, tanquam ſola ex illis ſpes eſſet. Quid in Philoſophiâ arduum, quod iudicij conſtantiâ non ſuperarit? Quid in Theologiâ arcanum, quò perſpicacis ingenij acumine non penetrarit? Quamobrem ſi rectè Menander,

Οὐκ ἔστι μείζων ἡδονὴ ταύτης πατρὶ,
Ἢ σωφρονοῦντα, καὶ φρονοῦντ' ἰδεῖν ἕνα
Τῶν ἐξ ἑαυτοῦ.

Non eſt maior voluptas iſtâ Patri,
Quam modeſtum, & ſapientem videre quempiam
Ex ſe natorum,

Iuſtas habes lætitiæ cauſas, in eo ſortem

Augusti supergressus, quem familia omnibus probris contaminata proclamare coëgit,

Αἰθ' ὄφελον ἄγαμός τε μένειν, ἀγονός τ' ἀπολέσθαι.

Verùm

Tali tu felix nato, felicior ille
Te Patre.

Inter hæc nihil maius adprecari possum, quàm ut DEVS OPT. MAX. vota nostra respiciat, & te lætum atque fidentem & sobole, & disciplina domus, quam diutissimè conseruet. Vale. Louanij VII. Idus Septembres, CIↃIↃC XVII.

PRAEFATIO AD LECTOREM.

MICE LECTOR. *Ex iis, quæ indistinctè & promiscuè inter legendum annotaui, pauca in ordinem redegi, & hoc de* FESTIS *opusculum concinnaui. Sed non eâ curâ, quam hodie in isto genere scriptorum homines Musici desiderant. Nam quæ duo ad perfecti operis laudem præcipuè requiruntur, ea mihi in his defuisse profiteri non pudet; iudicium, dico, & otium. Illud per ætatem; Hoc per alia studia. Quippe succisiua tantùm, & subsecũdaria tempora, quibus animus interstitione grauiorum curarum datâ laxari, indulgeriq; potest, ad lustrandam iuuenilium obseruationum syluam conferre fas mihi fuit. Quod si tantùm hoc agere liceret, aut si fructus literarij laboris esset amplior, plura dare forsan, & elimatiora possem. At præsens labor subsistere debuit intra ea, quæ pænè puer obseruaui. Quippe cum noua colligere non vacet, parti incumbendum fuit. Equidem ex quo animum ad Græcas literas primùm appuli, ne totum in addiscendis vocabu-*

cabulis tempus periret, optimorum Authorum lectioni me potißimùm dedi, per quam, cumipſius linguæ notitia, rerum quoque ſcientia augeretur. Itaque dum pro captu illius ætatis non paucos euoluo, atque excerpo, in molem opinione meâ grandiorem, confuſanea aduerſariorum farrago paullatim excreuit. Verè appello confuſaneam, in qua multa malè ſcripta; plura, vt à Tyrone, non rectè intellecta: quorum ſi nonnulla ſubrepſerint, ætati veniam dari peto. Equidem ſi tunc diligentiæ par indicium affuiſſet, nunc mihi totum illud antiquitatis Græcanicæ negotium explicatu facilius, atque depromptu foret. Iam verò Terentianum illud vſu venit,

Non licet hominem eſſe ſæpe ita vt vult, ſi non ſinit.

Nam vt maxime velim, & poßim quoque opus id excolere, non ita tempus eſt mihi, quod ad vtilioris artis contemplationem me neceſſariò vocat, et ſi reſpectantem, & oculos ad eas literarum amœnitates per interualla reflectentem. Cœpi igitur in vicem remißionis excutere ſchedas meas, & ex iis ſeligere, quæ ad illuſtrandam Athenienſium rempub faciunt: iamq; in ordinem qualemcumq; nonnulla redegi, vt ex informi illâ variarum lectionum maßâ, nunc quædam in ſpeciem corporis lineamenta videantur. Et quidem à Sacris initium feci: quorum partem non exiguā FESTA *conficiunt; eaq; cæteris præmittere viſum fuit. Nam quæ ad*

Tem-

Templa, Signa, Sacerdotes, Sacrificia spectant, suo tempore dabo. Denique experiar, quid de Legibus, Iudicijs, Magistratibus, Moribusq; tum publicè, tum priuatim insignioribus, in medium afferre mediocritas nostra valeat. Non ignoro Spartam hanc à Sigonio praclarè exornatam; sed homo πλυχρα-φώτατος, dum vniuersæ antiquitatis historiam cõplecti stilo conatur; in portionibus omisit multa, vel neglexit, non minus digna memoratu, quàm ea quæ curiosè persequitur. Præterea cùm in hoc genere studiorum, nihil ἀνέγγυον, neq; ἀμάρτυρον produci debeat; Ille sic pleraque tradidit, vt in rebus à memoria nostra remotissimis, sibi tanquam Authori, fidem adhiberi cupiat. At maxima pars ipsos scriptorum locos, ex quibus omnia desumpta sunt, inspicere mallet, quòd hîc non plus vlli credatur, quàm adductis antiquorum testimonijs probarit. Verùm, vt ad propositum reuertar, in hac particula operis, vnus remorari me potuit, & à cœpto deterrere Io. Meursius, *eruditionis reconditæ vir, cui lubens in hac laude cesserim, vt etiam in πλυμαθία cedo, & cura, & elegantia scriptionis. Is enim eandem tractare materiam adgressus, edito de Populis Atticæ volumine, Festorum quoque enarrationem pollicetur. Eam iamdudum exspectaui, hunc fœtum, ceu malè natum exponẽdi certus; quemadmodum & quæ de populis Atticæ contèxueram, abieci; quod in omnibus propè cum Meursio con-*

conuenirem, in dispositione solùm ab eo diuersus: nam vnicuique Φυλῇ suos Δήμους adsignaram, quos ipse literarum ordine recenset: quem tantum abest vt improbem, vt quin etiam in hoc tempore secutus sim: quia temporum series, quam obseruare instituera oppidò difficilis explicatu videbatur. Cæterum Meursij cunctatio effecit, vt Amicis, alterum periisse partum ægrè ferentibus, & vt hunc tollerem impellentibus, aliquando paruerim. Sed idem quoque dum populos Atticæ illustrat, non pauca per occasionem de Festis affert; quæ quidem ante me edidit, sed an obseruarit etiam ignoro. Testes habeo multos, quibus ista, & alia ostēdi, priusquam liber ille prodijsset in lucem, aut à me visus esset. Sicubi per eum profeci, id cum honorifica nominis mentione profiteor. At verò dum Antuerpiæ de editione huius libri cum Typographis ago, Andreas Schottus, quo nihil doctius hodie, & humanius orbis habet, mihi Harpocrationem communicauit, in quo illustrando PHILIPPVS IAC. MAVSSACVS *meo iudicio, singularem eruditionis, & industriæ laudem est assecutus. Cùm verò in notis eius legissem paratam illi esse festorum συναγωγὴν, actum me egisse illicò iudicabam. Etenim quàm longo interuallo conatus meos superare posset vir ille ingenio præstans, & omnibus disciplinis abundans, ex ijs, quæ inter manus erant, facillimè coniectabam. Sed quia res nondum erat integra, & iam Typographi*

ma-

manum admouerant operi, pergendum vlterius etiam inuito fuit Itaque & Meurſij, & Mauſſaci candorem obteſtor, vt hic me Horatianum illud vſurpare patiantur:

Si quid nouiſti rectius iſtis
Candidus imperti; ſi non, his vtere mecum.

Et quidem in hoc Syntagmate feſta recenſeo plurima, vt arbitror, & præcipua. nam omnia, nõ fuit meæ tenuitatis. Huc etiam accedit, quod multa ſparſim annotata ſint, quæ ob interpoſitam temporis intercapedinem obliuio fugitiua mihi ademit; atque hinc niſi fortuitò occurrant, velut ignorata prætereantur. Vt ecce nunc in ſchedulam incidi planè reijculam, in qua Βαλλητὺς *feſti nomen eſſe olim ſignaram, & ad eius declarationē Athenæum, & Heſychium laudaram. Et ille quidem libro 9.* Ἐλλῦσίνι γὰρ τῇ ἐμῇ οἶδα ἅνακ πανήγυριν ἀγομένην, ἣ καλεμένη Βαλλητώ. *Hic autem inquit* Βαλλητὺς (*male* Βαλλητὲς) ἑορτὴ Ἀθηναίων ἐπὶ Δημοφῶντι τοῦ Κελεῶ. *Quod ideo dixi, vt obiter indicarem, me æquo animo laturum ſi non omnia retuliſſe dicar. Illa verò maiora, Olympia, Iſthmia, Pythia, Nemeæa prudens omiſi, vt vulgata ſatis, & explicata. Subiecì quæ de menſibus & anno Athenienſium Xylander, & Beutherus animaduerterunt; tum quia non parum ad illuſtrationem feſtorum faciunt; tum vt ſimul, & vno in loco, quidquid eſt huius materiæ tibi exhiberetur. Non longiori ſermone te Lector*

optime,

Optime, morabor; pauca tantũ de scriptoribus Festorum, eorumq; origine proposita legere ne pigeat.

Scripsere de Festis Ephorus, & Philochorus, author est Harpocration in vocibus Ἀλῶα, Χύτροι, *&* Ἀπατούρια. *Sigillatim verò de Festis Atheniensium scripsit Lysimachus. Idem in dictione* Σκίροι. *Et de festis Lacedæmoniorum Pausanias quidam Spartanus; quod à Suida proditum est.*

Dierum alios fuisse ἐφασίμους, *alios* ἐορτασίμους *ab ipsa quodammodo nascentis origine mũdi veteres ita crediderunt, vt hanc distinctionem instinctu naturæ communis inductam esse certò sibi persuaderent. Idq; luculenter ex Strabone, & Longino demonstrat Casaubonus libro 1. de Satyrica Poësi, capite 1. Nos autem sacræ literæ docent istius partitionis authorem esse Deum: quod soli Hebræi non ignorarunt, vt qui propè soli inter mortales, veri Dei notitiam habuerunt. Quo nomine solos ipsos quoque cum Chaldæis, oraculi responso sapientes fuisse iudicatos legimus, apud Iustinum Martyrem in oratione paræneticaad gentes; & Eusebium lib. 9 præparationis Euangelicæ:*

Μοῦνοι Χαλδαῖοι σοφίλλαχον, ἠδ' ἄρ Ἑβραῖοι,
Ἀὐτοψίην ἄνακτα σεβαζόμενοι θεὸν ἀγνῶς.

Reliquæ gentes etsi ab institutione prima longè deuiarunt; duas tamen præcipuè causas festorum agnouerunt; honorem diuini Numinis, & hominum à consuetis laboribus cessationem. Atque initio quidem

dem pauca obseruarunt, ac potissimùm eo tempore, quod, cõportatis in horrea frugibus, vertentis anni circa terram labor, vnicum mundi adhuc iuuenantis exercitium, otio reliquum feciſſe videbatur. Vnde Aristotel. 8. Nicomach. sacrificia primum inter homines subductis fructibus peragi cœpta existimauit: Αἱ ἀρχαῖαι θυσίαι, *inquit*, καὶ σπόδοι φαίνονται γίνεσθαι μετὰ τὰς τῶν καρπῶν συγκομιδὰς, οἷον ἀπαρχαί· μάλιστα γὰρ ἐν τούτοις ἐσχόλαζον τοῖς καιροῖς. Antiqua sacrificia, & conuentus fieri solita videntur post frugum collectionem, veluti quędam primitię: maximè enim iis temporibus otiabantur. *Quia verò inter fructus terræ ad exhilarandos hominũ animos, vinum præ cæteris singularẽ vim habeat; idcirco eius repertorem ceu lætitiæ datorem, & omnium quasi celebritatum authorem in primis venerati sunt, vnde & Lyæum, & Methymnæum appellarunt.* Τὰς δ' ὑωχίας ἐκάλουν οὐκ ἀπὸ τῆς ὀχῆς, ἥ ἐστι τροφὴ, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς ταύτας δ' ἔχειν εἰς ἃς δὴ συνίοντες οἱ τὸ θεῖον τιμῶντες, καὶ εἰς εὐφροσύνην, καὶ αὔξεσιν αὐτὰς μεθιέντες, τὸ μὲν ποτὸν μέθυ, τὸν δὲ ἔτι δωρησάμενον θεὸν Μεθυμναῖον, καὶ Λυαῖον, καὶ Εὔιον, καὶ Ἰήϊον προσηγόρευον, Ὑωχίας quidem non ἀπὸ τῆς ὀχῆς, quo vocabulo indicatur alimentum, nuncuparunt, sed quod in iis bene conuiuis esset: nam ad epulas conuenientes primum Deos venerabantur, deinde ad animi remissionem, ac hilaritatem sese transferebant, potionem quidem μέθυ, eiuſ-

eiusque largitorem Methymnæum, Lyæum, Euium, Ieïum appellabant. *Sed postquam fragilis, & laboriosa mortalitas, veriq; numinis exsors, noua Deorum monstra sibi finxit, eaq; in partes digerere, atque, vt ait Plinius, portionibus colere cœpit, quo quisque maximè indigebat; maior propè Deorum populus, quam hominum extitit. Hunc affectum excepit superstitio, quæ Deorum numero solennitates adæquauit Cuius rei testis est locupletiss. Theodor. serm. 7. de curatione Græcan. affect.* Τ ὑτοις καὶ ἑορτὰς, ⸫ πανηγύρεις, ⸫ Δημοθοινίας ἐπιτελεῖν ὁ τ̃ ἀνθρώπων Ἀλάστωρ ἐνομοθέτησε. Παίδια μὲν ⸫ Διάσια Διὶ ⸫ Ἡραια τῇ Ἥρᾳ καὶ τῇ Ἀθηνᾷ Παναθηναια· ⸫ Διονύσῳ Διονύσια· ⸫ Ἐλευσίνια, καὶ θεσμοφόρια τῇ Δηοῖ· ⸫ Δήλια, ⸫ Πύθια τῷ Ἀπόλλωνι· ⸫ τοῖς ἄλλοις δὲ ἅπασι πολὺς λόγος τ̃ ὅμιλον ἀπεκλήρωσε πανηγύρεις ἑκάστῳ τῶν Δαιμόνων, ἐκ τῆς προσηγορίας ὀνομάσας τὰς ἑορτάς. *Et hinc illa rituum ac cæremoniarum diuersitas fluxit, dum, prout quaque natio affecta fuit, ita aliis atque aliis oblectari numina sua existimauit. Quod copiosè demonstrat Apuleius libro de Deo Socratis:* Vnde, *inquit*, & religionum diuersis obseruationibus, & sacrorum variis suppliciis fides impertienda est, Etsi nonnulli sunt ex horum Diuorum numero, qui nocturnis vel diurnis, prōptis, vel occultis, lætioribus, vel tristioribus hostiis, vel cæremoniis, vel ritibus gaudeant: vti Ægyptia numina fermè plangoribus,

ribus, Græca plerumque choræis; Barbara autem strepitu Cymbalistarum, & Tympanistarum, & Choraularum. Itidem pro regionibus, & cætera in sacris differunt, longa varietate pomparum agmina, mysteriorum silentia, sacerdotum officia, sacrificātium obsequia: item Deorū effigies, & exuuiæ, templorum religiones, & regiones, hostiarum cruores, & colores.

Sed omnium prope gentium religionem Athenienses superare voluerunt. Vix enim aliam reperias, quæ tot dies festos egerit. Quin immò duplo plures, quam alij solerent, obseruasse tradit Xenophon lib de Repub. Athen. Καὶ ἄγουσι μὲν ἑορτὰς διπλασίους, ἢ οἱ ἄλλοι. Et agunt festos dies duplo plures quàm alij. *Causa est Deorum multitudo: neque enim patrijs contenti numinibus (quæ vt ex Plutarcho in Niciâ, & Pausaniâ in Atticis, duodecim habuerunt) etiam peregrina passim in ciuitatem suam adsciuerunt. Hinc quoque festorum dierum alios patrios, alios adscititios habuerunt: Non obscurè Harpocration ex Isocratis Areopagitico:* Ἐπιθέτους ἑορτὰς, τὰς μὴ πατρίους, ἀλλως ἢ ἐπιψηφισθείσας, ἐπιθέτους ἐκάλουν. *Sic Dionysia inter ἐπιθέτους ἑορτὰς erunt recensenda: eorum enim cæremonias Athenienses oraculi iussione decreuerunt; vt patet ex Demosthenis orat. contra Midiam. Et videntur hæc peregrina sacra comessationibus peragi solita: ait enim Isocrates;* Οἱ δὲ τὰς μὲν ἐπιθέτους ἑορτὰς, ἃς

ἐσίασίς τις περιείη. μεγαλοπρεπῶς ἦγον, *Neque festa peregrina, quibus epulæ adhibentur, splendidè celebrabant.*

Præcipua festorum solennitas in pompâ cernebatur. Est autem Pompa traductio, siue transuectio per publicas vrbis vias, à loco certo in certum locum, siue eundem, siue alium. Nec tantùm rebus ad sacra pertinentibus, sed vario etiam spectaculorum apparatu instruebatur, quæ vndique multitudinem illiceret, & confluebat non immodica, accendente cupidinem visendi famâ celebritatis. Repræsentabantur in eo pompæ apparatu simulachra rei gestæ, quæ ad Deum illum referebantur, cuius sacra peragebant. Et nihil exhiberi solitum, quod non aut in historia aut fabulâ fundaretur, Arnobius ostendit libro quinto, aduersus eos qui insanientis vulgi superstitionem, ad occultam rei naturalis significationem allegoricâ interpretatione transferebant. Quæ si vobis, *inquit*, viderentur ineptiarum talium fabulæ, neque in vsu retineretis quædam suo, neque per cursus annuos lætitias exerceretis, vt festas, neque vt rerum simulachra gestarum, sacrorum conseruaretis in ritibus. *Et postmodum:* Vnde igitur probamus historias has omnes rerum esse gestarum conscriptiones? ex solennibus scilicet sacris, atque initiorum mysteriis: vel quæ statis fiunt temporibus, ac diebus, vel quæ in abdito tradunt

gen-

gentes, moris proprij perpetuitate seruata. Neque enim credendum est sine suis originibus hæc esse frustra, atque inania fieri, nec habere coniunctas primis institutionibus causas. *Arnobio consonat Eusebius libro 3 præparationis Euangelicæ, frustra obtendi rerum naturæ explicationem, vbi fabulæ factis exprimantur.*

Ad hunc pompæ ornatum primò bona triginta Tyrannorum contulerunt Harpocrat. ex Philochoro: Πομπείοις δέ φησι Φιλόχορος πρότερον ἐχρῶντο οἱ Ἀθηναῖοι ὅτε ἡ ἀρχὴ τῶν τριάκοντα κατεσκεύασθησαν. *Posteaquam statu Reipub. ad Democratiam redacto, Ciues opibus affluentes ad sumptus faciendos cogebãtur, eoq; remedio vsi fuerunt, ad refrænandam aliquorum potentiam. Nam si quem præcæteris eminere viderent (quod in Democratiâ periculosum) ei munerum non modo necessariorum sed etiam ludicrorum onus imponebant, quo facultates eius etiam cũ quadam honoris specie minuerentur. Hinc Athenienſium morem notat Aristot lib 5. Politic. c 8. & Xenophon lib. de Repub. Athenienſ. Quantus autem splendor aliquando, quantaq; profusio fuerit eorum qui pompas, ludosq; procurabant, abundè docuit Casaubon lib. 3 ad Athenæũ cap. 1. Nec omnia pompæ gestamina fuisse temporaria, sed plurima etiam perpetua argumẽto locus est, quem* πομπεῖον *appellabant, in quo ista celebritatum choragia adseruabantur. Meminerunt Andocydes oratione de*

mysteriis, Laërtius in vita Socratis, & Pollux.

Princeps festi actus erat sacrificium. Sacrificiorum autem alia Δημοτελῆ, *alia* Δημοτικά, *vt docet Harpocrat.* Δημοτελῆ, *authore Hesych. dicuntur,* εἰς ἃ θύματα διδωσιν ἡ πόλις. Δημοτικὰ εἰς ἃ οἱ δῆμοι *Interlitandum præconis voce fausta sibi, & sociis precabātur Ita Herodot. lib. 6. Platæensibus, & Aristoph. in Auibus, Chÿs Athenienses felicia, fausta q precari solitos tradunt. Nec semper eadem optabant; sed ex proprietate Numinis, aut etiam pro temporum statu vota mutabant Nam. vt videre est in Midiana Demosthenis, ad sanitatem impetrandam Ioui supremo, & Herculi, & Apollini præsidi supplicabant. Si bona fortuna optabatur, ad Apollinem cōpitalitium, Latonam, Dianam preces cōuertebāt. Si in magno discrimine versarētur, Samothracum Deorum opem implorabant, Hinc etiam orationes, & hymni diuersa: Theodoretus serm. 4. eorum varia nomina profert:* Μήτε τῇ Δηοῖ τὸν Ἴακλον ἄσωμεν, μήτε τὸν Λιτυέρσην τῇ Ῥέᾳ, μὴ Διονύσῳ τὸν διθύραμβον, μὴ τῷ Πυθίῳ μαντὶ τὸν Παιᾶνα, μήτε τῇ Ἀρτέμιδι τὸν Ὑπαιπόν, Neque cantemus Iulum Cereri, nec Rheæ Lityersam, nec Baccho Dithyrambū, nec Pythio vati Pæana, nec Dianæ Hypæpum.

Per acta re diuina, victimarum reliquiæ diuidebantur; quarum diribitor apud Aristophanem passim Κωλακρέτης *appellatur. Hic tum in omne genus latitiæ effusi conuiuia inter se curabant, quæ* Δημοθοινίαι

Δωρέαν dicebantur. nihil triſte audiri, aut dici fas; atque adeò, die feriarum, *vt ait Petronius,* etiam lugentes ridebant. *Et ne quid publicæ voluptati officeret, fora omnia, atque iudicia ceſſabant: quin immò lege cautum ne quidquam ageretur, quod ad ſolennitatem non pertineret. Meminit illius legis Demoſthenes in oratione contra Timocratem. Plura proferrem, niſi & hæc nimis eſſe multa iudicarem. Vale igitur candide Lector, & conatibus meis faue, Louanij ipſis Idibus Auguſti,* CIↃ IↃC XVII.

Cum Priuilegio ad sexennium. Signatum

BAVDEVVYNS.

INDEX

Eorum quæ in singulis Festis obseruantur.

Agrionia.

BAcchus Agrionius. eiusdem varia cognomina: duo benignitatis, & duo crudelitatis. cur in Agrioniis Bacchus ad musas diuertisse dicatur. Cur Minyę posteritas à sacris Bacchi Agrionij arceatur.

Adonia.

Festum lugubre. Ἀδώνιαν ἄλλην, Ἀδωνασμὸς, Ἀδωνίδια, Adonis horti Adonis Gingres. Tibiæ Gingræ. Καθέδρα quid sit. Vnde adagium ἀδὲν ἱερόν.

Halia.

Festum apud Rhodios, non in memoriam imperij maris, sed in honorem Solis. Rhodos ciuitas Solis.

Haloa.

Per solas frugum primitias celebrabantur. Victimas cędere vetitum.

Amphidromia.

Pueri recens nati circum lares ferebantur. Nomina quando pueris imponebantur. Obstetrices quinto demum post partum die lotis manibus abscedebant. Δεκάτῃ ἱστιάσαι.

Anacia.

Dioscuri quare Anaces dicti. Trittya quid. Xenis-

mus Dioscurorum sacrificium. Parasitorum olim dignitas.

Anthesteria.

Bacchicorum festorum generale. Anthesterion mensis Atticus vnde sit dictus. In Anthesteriis libera conuiuia. Schottus laudatus.

Anteſphoria.

Florifertum. Anteſphoria Proſerpinæ ſacra apud Siculos. eadem Φερεφάτια dicuntur. Bos nigra immolatur.

Apaturia.

Cur dicatur feſtum deceptionis. Tres huius feſti dies ſecundum quoſdam. Omnes Iones qui genus à Melanthio ducunt, obſeruarunt, exceptis Epheſijs, & Colophoniis. Quatuor huius feſti dies: Δορπία, Ἀνάρρυσις, Κυρεῶτις, Ἔπιδα. Primo die Sodales ſiue Tribules ſimul cœnabant. Protenthæ. Secundo. Ioui Sodali ſacrificabant. quid ἀναρύειν Mos in ſacrificiis deorum inferorum, & ſuperorum. Tertio die pueri tonſi Tribubus inſcribebantur. Mos alendi deo cuipiam capillos. Apollo κουροτρόφος. Puellæ Atticæ comarum primitias ad Iphinoës ſepulchrum ponebant. Elææ Opi, & Hecaërgæ dicabant. Athenienſium vulgus Herculi. οἰνιστήρια. Coriandro fiebat res diuina. Ἀπατούρια tãquam Ὁμοπατόρια. Pueris carmina cantanda proponi ſolita. Ἔπιδα, dies feriarum poſtridiana.

Arrephoria.

Ἀρρεφορία, Ἐρρεφορία, Ἑρσεφορία: ſecundum quoſdam Mineruæ ſolennitas; ſecundum alios Herſa. Heſychius

sychius emendatus. Origo festi,& etymon. Ἀρρηφόροι virgines quatuor ex nobilitate. Hæ Peplum Mineruæ contexebant Ἀρρηφορεῖν, est aurea ornamenta gestare. Ἀρρηφόροι ab anno septimo, ad vndecimum legebantur.

Arcaditum festum.

Pueri squillis Pana verberabant. Theocritus explicatus. Pan venationis præses; & si venatus felix erat, honore afficiebatur: sin minus, verberibus. Sciereum Bacchi festum.

Artemisia.

Cyrenæi præcipuè obseruarunt. Item Delphi. Cur mullus Dianæ immoletur.

Ascolia.

Ascolia vnde dicta. Hircus Baccho immolatus. Ludicrum Ascoliotum. Ἀσκωλιάζειν.

Bendideia.

Diana Bendis. Bendidia Bacchanalibus affinia. Athenienses superstitiosissimi. Acta Bendidia in Pyræo vigesima Thargelionis.

Boedromia.

Etymon. Causa festi. Suidas notatus. Altera festi causa ex Plutarcho, Apollo Βοηδρόμιος.

Buphonia.

Nominis ratio. Origo. Suidas correctus. Ritus circa securim quâ fuit occisus Bos. Plutarchus illustratus. Bouem, præsertim aratorium mactare nefas. Iudicia contra res inanimas in Prytaneo agi solita.

Brauronia.

Brauron Atticæ vicus. Diana Brauronia. Eiusdem simulachrum vetustissimum. Xerxes rapuit. Per Brauroniorum solennitatem Ilias à Poëtis decantabatur. Virgines ante nuptias Dianæ consecrari solitæ. causa huius ritus. Ἀρκτεύειν. Ἄρκτοι Suidas restitutus. δεκατεύειν. Interpres Herodoti notatus.

Gamelia.

MAtrimonij author apud Athenienses Cecrops. Mensis Gamelion. Iuno Gamelia. Nupturæ Iunoni, Veneri, & Gratiis rem diuinam faciebant. Distinctio inter γαμήλια, & γαμηλίαν. γαμήγυρις. Lege Athenienſium Ciuis non erat, nisi qui vtrisque parentibus Ciuibus esset procreatus. Iudicium peregrinitatis.

Dædalia.

DÆdalus Platæensibus cultus. Festum in gratiam artis fabrilis institutum. Meursius laudatus.

Daphnephoria.

Dapnephoriorum solennitas ex Procli Chrestomathia descripta. Laudatus Schottus. Iphicratidæ genus calceamenti. Isinenius Apollo. Galaxios Apollo.

Delia.

Origo Deliorum. Choræ. Athenienses Sacrum mittebant in Delum per Theoros. Theori qui sint. Δηλιασταί. Ἀρχιθέωρος. Naues sacræ numero quinque. Antiquissima sacrarum nauium Delias. Hæc toties reparata, vt vix eadem dici potuerit. Delias coronata, & à coronatione

ronatione festi initium. Primitiæ Hyperboreorum Ara Delij Apollinis inter septem orbis miracula. Ea ex solis dextris cornibus structa sine glutino: Alij ex sinistris. Structa ex cornibus Cynthiadum caprarum ab Apolline quadrimo. Chorus circum aram. Inter saltandum aram verberibus, & oleam morsibus appetebant, Choræa Grus vocata. Chorus triplex, virorum, mulierum, puerorũ, Agones musici; Cursus equorum. Insula profanata; sed à Pisistrato & Athenienſibus expiata. Lex ne quis in Delo aut nasceretur, aut moreretur. Canis in Delo esse non poterat Per tempus sacrorum Deliorum, neminem affici supplicio licebat: Hinc Socrati prorogata vita.

Diasia.

Antiquissimum Iouis festum. Occasio festi. Iuppiter Μειλίχιος. extra muros celebrari solitum. Maxima Athenienſium solennitas. Immolabantur fercula in animalium figuras formata.

Dÿpolia.

Festum vetustissimum Iouis Poliei. imitamentum eorum quæ in Buphoniis dicta sunt, huius, festi Cæremoniæ continebant.

Dionysia.

Bacchi variæ feriæ. Bacchanalia in Limnis. Sacerdotes Γεραιραί, quæ numero quatuordecim. Rex sacrõ curator. Regina arcanorum administra. Regina vnnira esse debebat. Ἱεροκήρυξ. Geræræ se Reginę sacrorun iuramento obstringebant. Formula iuramenti. Bacclanalia recentiora: Maiora; Minora, eadem cum Rurali-

bus; item cum Lenæis. A Lenæis Peregrini excluſi. Liberalia vrbana: quæ Trieterica: à Baccho inſtituta ad Callirhoen. Liberalia Brauronia omnis libidinis licentiâ referta. Bacchanalia nocturna. Theænia. In his Γενιήτας ſacrificabant, Gennetæ qui fuerint. Ὠμοφάγια: horum ritus. Orgia Bacchanaliorum origo. Tempora Athenienſes primùm per Dionyſia diſtinxerunt; quod deinde per Olympiadas fecerunt. Pompa apud priſcos ſimplex: luxus mutauit. Pompę Bacchicæ apparatus. Quid in ſecretis orgiis latuerit. Phallus, Phallophori, Phallophoriæ cauſę Ityphalli. Vannus. Bacchus Licnites. Fœditas horum ſacrorum. Licētia comeſſationum.

Eireſione.

EIreſione, & Ἰ'χτηρία ramus oleæ lanâ obvolutus, ex quo omne genus fructuum dependet. Eireſione foribus appenſa ad auerruncanda mala ſterilitatis, huius moris origo. Proeroſia, & Proacturia, Correctus Ariſtophanis Scholiaſtes. Item Suidas, & Euſtathius. Athenas vndique fructuum primitiæ miſſę. Carmen à pueris matrimis & patrimis cantari ſolitum.

Hecaleſia.

HEcale anus Theſei hoſpita. In gratiam Theſei Athenienſes ei feſtum dicarunt.

Hecateſia.

Stratonicenſes præcipuè obſeruarunt. Hecate omnium præſes. Statuæ Hecates crebrę ante fores, & in veſtibulis. Cęna in triuiis ſingulo nouilunio. Eam pauperes diripiebant. Cur in triuiis. Mullus Hecatę ſacrificabatur, & Halec, & Canis. Κυνοσφαγὴς θεά. Zerinthi an-

antrum. Samothraces Dij, Cabeiri. Deos Samothracum inuocabant ij, qui nullum malorum exitum, nisi à numine sperabant. Nomina Cabeirorum.

Elaphobolia.

Etymon. Phocensium maxima celebritas. Res diuina fiebat Libo.

Eleusinia.

Eleusinia, mysteriorum nomen obtinent. Eleusis. Nominis origo. Instituta à Cerere. alij Athenienses authores faciunt. Ab Ægyptiis in Græciam translata. Orpheus mysteria Græcos docuit. Primùm cœpta apud puteum Callichorum. Saxum ἀγέλαστον. Eleusiniorum dignitas. Templi Eleusinij ingens magnitudo. Ritus sacri in imitatione consistunt eorum, quę de Cerere in fabulis iactantur. Eleusinia duplicia. Origo eorum. Maiora Eleusi, Minora in Ἄγραις celebrata. Tempus celebrandi Soranus notatus. Gradus mysteriorum. Mystę, Epoptę. Spacium in mysteriorum participatione interpositum. Initiati myrto coronati. vestem qua erāt initiati non deponebant quoadusque lacera esset. Ad fascias infantum seruatas Cereri, & Proserpinę consecrata. Qui participes erant mysteriorum, & in hac vitâ commoda sentiebant, & post hanc sperabant. Curator mysteriorum Rex: Regi adiuncti quatuor. Ministri sacrorum Hierophanta, Daduchus, Præco. ex quo genere caperentur. Sacra penes Eumolpidas. Daduchus vtebatur Διὸς κωδίοις. Hesychius restitutus. Præconis vox. Ministrorum ornatus. Dies Eleusiniorū quot. Ἴακχος. Πλημοχόαι. Pompę Paulæ. γαμφιζειν. Origo dicteriorum.

tum Sacra via. Sacra ficus. Silētium sacrorum. In euulgatores pœna capitis. Quod tanto silentio tegebatur, fœdum Nocturna sacra plerumque obscœna leiunia. Symbolum mysteriorum. Sue fœtâ res diuina fiebat. Ex victimis nefas quidquam efferri. Senatus postera mysteriorum die conueniebat. Ἱκετηρίαν templo imposuisse capitale.

Helenophoria.

Sacra arcana. Helena, vel Helenius. Helenia festum Helenę. Helena pro Dea culta. Nemesis habita.

Hellotia.

Origo Hellotiorum & etymon.

Hermæa.

Mercurius Deus vialis. Eius simulachra quare formâ quadratâ. Statuæ Mercurij prę foribus: Illis exeuntes Conuiuę coronas imponebant. Iisdem fructuum primitiæ in vsum peregrinantium impositæ. Puerorum festum. Apud Cretenses in Hermæorum festo, epulantibus seruis Domini ministrant.

Erotidia.

Thespiensium celebritas amori dicata. ea fuit quinquennalis, Musis & Amori communis.

Etæridia.

Iouis Sodalis festum apud Magnesios.

Ephesia.

Conuentus ad Ephesum celebris, & splendidis conuiuiis

uiuiis magnificus. Dianæ simulachrum. Sacerdotes Eunuchi. Sacerdotum ordo triplex.

Heræa.

Celebritas nuptiarum ritu peracta, à Samiis in honorem nuptiarum Iunonis. Mos Samiorum. Ἱερὸς γάμος. Iunoni vincla iugalia curę. Heræa festum lugubre apud Corinthios. Pellenicæ Chlænæ.

Thalysia.

THalysia eadem quæ συγκομιστήρια. ad procurandam fertilitatem acta. Etymon.

Thargelia.

Mensis Thargelion sacer Apollini. Eo mense natus Apollo, & Diana: item Socrates, & Plato Seminum & fructuum primitiæ circumlatæ. Θαργηλιών. Archon huius festi curator.

Theogamia.

Ritus nuptiarum circa panem.

Theoxenia.

Commune festum. Athenienses Deos peregrinos coluerunt. Theoxenia Apollinis honori dicata apud Pellenenses. Scholiastes Pindari emendatus, Dioscuri Theoxeniorum authores. Ξένισμος.

Theophania.

Delphis memorabile festum. Duæ ingentis pretij paterę.

Thesmo-

Thesmophoria.

Thesmophoria ab Eleusiniis distincta. In Thesmophoriis pleraque ad legum inuentionem pertinebant. Ceres Legifera. Libri legales à virginibus in pompâ gestati. à Thesmophoriis viri arcebantur. Origo ex Ægypto. Ieiunio ad sacra præparabantur. Puras habuisse noctes oportebat. Hinc matronæ cubitus sibi foliis salignis insternebant, quod ea Veneri aduersentur. In eosdem vsus adhibita Conysa siue Cunilago. Grana mali Punici gustare nefas. Ancillæ arcebantur. Nocturna sacra. Tædæ, silentium vt in Eleusiniis. Muliebre pudendum in tam horribili secreto. In numero festorum dierum variant authores. Erytræensium ritus.

Thesea.

Thesei ossa Athenis in media vrbis regione condita; ibidem ei templum exstructum. In eo templo ius asyli. Octauus cuiusque mensis dies Theseo sacer. Epulæ.

Canephoria.

VIrgines nubiles Dianæ labores suos offerebant, cùm virginitatis esset periæsum. Sic Dianam placabant. Diana virginitatis custos. Parturientium præses. Mortis repentinæ author. Ἀφροφόρος. Etiam Cereri moris fuit Κανηφορεῖν.

Carneia.

Apollo Carnius. Huic festi Carniorum dies. Carnius mensis Lacedæmoniorum. In eo plurimi dies sacri. Numero nouem. Cæremoniæ in militaribus. Sacrorum

admi-

adminiſtri Cælibes,& ij quinque; vocabanturque Καρνεάται. Theras cæremoniæ traductæ. Dorienſes Carnia celebrarunt, ſed ex aliâ cauſâ. Carnia ex quorundam opinione Iouis feſtum. Theocriti Scholiaſtes emendatus. Equus Troianus ex corno arbore fabricatus.

Cotyttia.

Cotiis numen turpium præſes. Aliter Cotytto. Eius ſacra nefaria. Cotyos ſodalis Coniſalus, Orthannes, Tychon, Dordon numina Priapo ſimilia.

Cronia.

Menſis Cronius, qui poſt Hecatombæon. Cronia ſimilia Saturnalibus Romanorum. Saturnalia Rhodiorum inhumana.

Cyberneſia.

Feſtum in memoriam nauigationis Theſei.

Lampadophoriæ.

TRia genera certaminum in quibus mos fuit Lampadas geſtare. Cur in honorem Promethei curſus Lampadum inſtitutus. Certamen in Ceramico. Meurſius laudatus. Cum Prometheo Volcanus cultus. Signum currendi, & faces ex turri dabantur. Certandi modus. Victor qui face non exſtinctâ metam attingebat. Segnes in currendo verberibus admonebant. Κεραμικὴ πομπή.

Lyſandria.

Sic dicta à Lyſandro Lacedæmoniorum duce.

Me-

Megalartia.

APanibus Thesmophoriorum nomen acceperunt.

Moleia.

In honorem Lycurgi ab Arcadibus instituta.

Nemesia.

NEmesis. In Nemesiis iusta mortuis persoluebantur.

Necysia.

In honorem defunctorum instituta. Telluri sacrificatum. Manes ab inferis redeunt. Eadem solennitas mense Februario Romanis vsitata.

Neoœnia.

Similia Vinalibus Romanorum.

Xanthica.

MEnsis Macedonum Xanthicus. respondet Aprili.

Xynœcia.

Causa nominis. Festum honori Mineruæ tributum. Μεγάνικα.

Oschophoria.

ORigo festi. Mineruæ, & Baccho sacrum, vel vt alij, Ariadnæ, & Baccho. Nominis originatio. Adolescentes duo nobiles solennitatem auspicabantur ornatu

tu muliebri,& cur,Carmina Oschophoria. Certamen cursus, inter Adolescentes Patrimos, & Matrimos. Cursus à Bacchi templo, ad templum Mineruæ Scirados instituebatur. Duplex templum Mineruæ Scirados. Victor certaminis è phialâ quintuplici gustabat. Δειπνοφόροι Hesychij locus restitutus. Caduceus, non Præco,coronatus. Solennis vox, Ελελεῦ, ιώ, ιώ. Cura sacrorum penes Phytalidas.

Panathenæa.

ATheneæa primùm,deinde Panathenæa vocata. Duplicia Panathenæa. Parua,& annua,siue triennalia. Magna quinquennalia. Lapsus Scholiastæ Aristophanis. Singulæ ciuitates Atticæ ditionis Bouem Athenas mittebant. Pocula Panathenaica. Senes Θαλλοφόροι. Oleæ coronâ redimiti Athletæ. præmium vas olei. Oleæ Μορίαι. Peplum Dianæ. Error Scholiastæ Aristophanis. Ritus inscribendi nomina bene meritorum in Peplo. Ἀ ξιῶ ἐς πέπλους. In Panathenæis equites cum Lampadibus decurrebant.

Pagcladia.

Festum vindemiale Rhodiorum.

Pandia.

Festum Iouis, ex quorundam sententiâ lunæ.

Panionia.

Conuentus solennis omnium Ionum ad Mycalen. res diuina fiebat Neptuno Heliconio. Felix sacrificium, si inter immolandum Bos vocem edidisset.

Pithæ-

Pithægia.

Nominis origo. cum vasa relinerentur, neminem fas à vino arcere. Hesychius correctus. precatio inter gustandum.

Plynteria.

Mineruæ delubrum velatum. Hæc sacra curant Praxiergidæ. Error Hesychij. Aglauros Athenienſibus culta. per eam Ephebi ad bellum ituri iurabant. Ὑγιηρία. Prima ficus Phytalo data.

Pyanepsia.

In nomine huius festi variatum. Vnde Pyanepsia dicantur. Mensis Pyanepsion. Origo festi.

Virgæ sublatio.

Solennitas apud Coos.

Sæcæa.

SÆcæa Scythicum festum. Humanâ victima fiebat.

Saronia.

Saro Rex Trœzeniorum. Diana Saronis.

Septerium.

Continet imitationem pugnæ inter Apollinem, & Pythona commissæ.

Scirophoria.

Templum Mineruæ Scirados. Mensis Scirophorion.

rion. Scira vnde dicta. Vmbella gestata. Eteobutadæ. Aleatores in Sciro frequentes. Σκιροφόριον. Aleatores in ipso Mineruæ templo. Aleatoribus comites meretrices. Pellium vsus in pompa.

Stenia.

In hoc festo conuitiorum ludus. Στωνῶσαι.

Tessaracoston.

A Puerperis seruatum. Genesia.

Hyacinthia.

Hyacinthus diuinis honoribus affectus. Amyclei præcipuè coluerunt. Item Lacedæmonij.

Hysteria.

Veneri sacra, in quibus sus immolabatur.

Charmosyna.

CVius Dei festum nobis incertum, nisi forte sit Serapidis.

Charila.

Charilorum origo ex Plutarcho.

Choës.

Choa mensura liquidorum: hinc festi appellatio. Tempus celebrationis varium faciunt Authores. Origo. Mensa Orestis. Adagium. Certamen bibendi. Bibebatur ad tubæ sonum. Vter victori præmium cedebat, cui insistentes bibebant. Aurea corona præmium. Victor à Rege declarabatur.

Chy-

Chytri.

Ollare festum. Mercurius placabatur in gratiam mortuorum. Inferis litatum.

PETRI CASTELLANI ΕΟΡΤΟΛΟΓΙΟΝ SIVE DE FESTIS GRÆCORVM SYNTAGMA.

ΑΓΡΙΩΝΙΑ.

VAria Baccho cognomenta veteres tribuerunt. Atq;, vt omittam, quæ nihil ad institutum meum faciunt; eorum duo sunt, benignitatis; Μειλίχιος, id est, *Mitis*, & χαριδότης, quod explicat Horatius, cùm *Lætitiæ datorem* appellat. His adversantur ista Crudelitatis, Ἀγριώνιος & Ὠμήστης; eaque Plutarchus inter se componit in Antonio. Nam cùm Antonius vellet se Liberum Patrem dici, habitu quoque, & comitatu Liberi veniret Athenas; πόλις, inquit, ἦν τελεσαι Διόνυσον αὐτὸν ἀναπαλιμβόαν, χαριδότην, καὶ Μειλίχιον· ἦν γὰρ ἀμείλιξ ἐνίοις τοιοῦτος· τοῖς δὲ πολλοῖς Ὠμήστης καὶ Ἀγριώνιος. *Ciuitas erat plena Bacchum ipsum reclamantium, Lætitiæ datorem; &*

Mitem; *taliſq; fortè nonnullis erat*; *pluribus autem Crudelis*, *& Ferus*. Idque omnino geminum eſt dicterio Romanorum, in Antonij Collegam Auguſtum, Apollinis ornatu ſe iactantem; *Cæſarem planè eſſe Apollinem*, *ſed & Tortorem*, *quo cognomine is Deus*, *quadam in parte vrbis colebatur*. Suetonius capite 70. Bacchoigitur Agrionio dicatum eſt feſtum Agrioniorum. De quibus nihil habeo quod in medium proferam, præter duos Plutarchi locos: quorum alter eſt libro 8. Sympoſ. quæſtione 1. vbi tradit apud ſuos, in Agrioniis Bacchum, ceu Fugitiuum à mulieribus inueſtigari; eaſq; facto quærendi fine, dicere, apud Muſas illum occultari. οὐ φαύλως ὅτω καὶ παρ' ἡμῖν ἐν τοῖς Ἀγριωνίοις τὸν Διόνυσον αἱ γυναῖκες ὡς ἀποδεδρακότα ζητοῦσιν. ὅτα παύονται, καὶ λέγουσιν ὅτι πρὸς τὰς μούσας καταπέφευγε, καὶ κέκρυπται παρ' ἐκείναις. μετ' ὀλίγον δ' ἢ ἑ δεῖπνα τέλος ἔχοντες, αἰνίγματα, καὶ ῥίφδας ἀλλήλοις προβάλλουσι. *Non itaq; inepte apud nos in Agrioniis mulieres Bacchum quærunt*, *tanquam fugitiuũ*; *deinde finem quærendi faciunt*, *dicuntq; eum ad Muſas confugiſſe*, *atque apud eas latere occultatum*; *paulò poſt finitâ cœnâ*, *ſibi inuicem griphos*, *& ænigmata proponunt*. Quâ ceremoniâ nihil aliud ſignificari puto, quã depranatos hominum mores, animoſque ferociâ temulentos, ad rationis ſtatum Muſarum commercio revo-

revocari. Alter locus est in quæstionibus Græcis; vbi refert Minyæ filias furore correptas, esum humanarum carnium appetiuisse, Leucippamque, missâ sorte, filium Hippasum præbuisse dilaniandum; quæ causa fuit cur Minyæ posteros ab Agrioniis stricto gladio Bacchi sacerdos arceret: Καὶ γίνεται παρ' ἐνιαυτὸν ἐν τοῖς Ἀγριωνίοις φυγὴ, καὶ δίωξις αὐτῶν ὑπὸ τοῦ ἱερέως τοῦ Διονύσου ξίφος ἔχοντος. ἔξεστι δὲ τὸν καταληφθέντα ἀνελεῖν, καὶ ἀνεῖλεν ἐφ' ἡμῶν Ζώιλος ὁ ἱερεύς. *Et quotannis fugantur in Agrioniis à sacerdote Bacchi stricto gladio; licetq; deprehensam interficere: & quidem necauit ætate nostrâ Zoilus sacerdos.*

ἈΔΩΝΙΑ.

IN honorem Veneris memoriæ Adonidis tributum est, vt ab omnibus propè Græciæ populis festiua Adoniorum solennitas ageretur. Ea Aristophanes *in pace*, præcipuis Athenienſium festis adnumerare nō dubitauit. Quo loco Scholiastes, Ἀδώνια τῷ Ἀδώνιδι, καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ, *Adonidi, & Veneri Adonia* celebrari affirmat. Ceremonias exequebātur mulieres, quasi rem gestam repræsentantes æmulatione luctus, quo Venus interemptum ab Apro Amasium prosecuta credebatur. D. Augustinus *lib. 6. de Ciuitate Dei, cap. 7. Sacra sunt Veneris, vbi*

Amatus eius Adonis aprino dente exſtinctus, iuuenis formoſiſſimus plangitur. Ammianus Marcellinus *lib. 19.* ingentis luctus imaginem exprimere volens, vtitur exemplo mulierum in Adonidis feſto lamentantium: *Fœminæ*, inquit, *miſerabili planctu in primæuo flore ſucciſam ſpem gentis ſolitis fletibus conclamabant. vt lachrymari cultrices Venereæ ſæpe ſpectantur in ſolennibus Adonidis ſacris, quod ſimulachrum aliquod eſſe frugum adultarum religiones myſticæ docent.* Fingebant quoque ſimulachra mortuorum cadaueribus ſimilia, quæ more funerum efferebant, & ſepulchro condebant. Plutarchus in Alcibiade: Ἀδωνίων γὰρ εἰς τὰς ἐκείνας ἡμέρας καθεσηκότων εἴδωλα πολλαχοῦ νεκροῖς ἐκκομιζομένοις ὅμοια προύκειντο καὶ γυναῖκες ἐθάπτοντο καὶ θρήνους ἦδον. *Adonidis ſacris in hos dies incidentibus, mulieres ſimulachra, quaſi mortuorum cadauera frequentes efferebant pro more feſtiuitatis, funeraq; & ſepulturas imitabantur, plangebantq;, & feralia carmina concinebant.* Idem in Niciâ: Ἀδώνια γὰρ εἶχον αἱ γύναικες τότε, καὶ προύκειντο πολλαχόσε τῆς πόλεως εἴδωλα, καὶ θαφαὶ ὥσει αὐτὰ, καὶ κοπετοὶ γυναικῶν ἦσαν. *Adonidi tunc ſacra faciebant mulieres, & paſſim per vrbem ſimulachra iacebant; circumſepulturæ, & planctus muliebres videbantur.* Hunc in modum lugere vocabant, Ἀδωνίαν ᾠδήν: quod teſte Suida eſt, Ἄδωνιν κλαίειν, *Adonim flere.*

flere. Ipse verò luctus, siue lessus, dicitur Ἀδωνιασμὸς. Hesychius, Ἀδωνιασμὸς, ὁ ἐπὶ τῷ Ἄδωνι θρηνῶν, *Adoniasmus in Adonim planctus*. Aristophanes *in Pace*:

Ὅ τε Ἀδωνιασμὸς ἔνδοθεν, ὃν πὶ πυγῶν.
Adonidis lessus iste sub tectis.

Et carmina quæ decantabantur, Ἀδωνίδια vocantur. Proclus in Chrestomathiâ: Ἀδωνίδια δὲ λέγεται τὰ εἰς Ἄδωνιν ἀναφερόμενα. *Adonidia dicuntur, quæ in Adonim referuntur*. Tristitiam & vocis eiulatu, & tibiarum lugubri sonitu demonstrabant. Vox autem erat, Αἰ, αἰ. Aristophanes in eadem comœdiâ.

ἡ γυνὴ δ' ὀρχεμένη
Αἰ, αἰ, Ἄδωνίν φησι.
Mulier saltans
Ai, ai, Adonim dicit.

Eamque fuisse solennem, & Adoniis veluti propriam animadvertere licet ex Bionis Idyllio, in quo toties αἰ, αἰ, atque hinc deductum verbum, αἰάζω iteratur. Tibiæ quibus vtebantur, Γίγγροι vocantur, siue vt Festus, Gingrinæ, quas ab Anserum voce dictas autumat: Cui videtur assentiri Hesychius; Γιγγρίαι, αὐλοὶ μικροὶ, ἐν οἷς πρῶταν μανθάνουσι. *Gingriæ, tibiæ paruæ, in quibus primùm discunt*. Nam qui primùm discunt, instar Anserum strepere potiùs, quam inflare modulatè videntur. Sed Athenæus *lib. 4.*

hanc nominis originem adsignat, quod eas inflare moris esset in Adoniis: Et Adonis Phœnicum linguâ Γίγγρης appelletur. Athenæo adstipulatur Eustathius ad ῥαψ. Iliad. 6. Et Pollux: Ἡ Φοινίκων γλῶττα Γίγγραν τὸν Ἄδωνιν καλεῖ, καὶ τούτῳ ὁ αὐλὸς ἐπωνόμασται. *Phœnicum lingua Gingren Adonim vocat, & ab illa tibia cognominantur.* Atque vt quęcumque ad veri significationem doloris faciunt, in hanc simulati luctus scenam producerent; sese lacerare verberibus, & capillos radere cogebantur; prostitutionis irrogatâ pœnâ, si quę facere detrectassent. Quo ritu Biblios Adonia celebrasse, author est Lucianus *libro de Deâ Syriâ.* Cuius locum etsi prolixum, adscribere non grauabor, vt Antiquitatis curiosi vanitate superstitionis agnitâ, nostri temporis felicitatem suis momentis æstimare discant. Λέγουσι δὴ ἔν, inquit, τῷ ἔργον τὸ ἐς Ἄδωνιν τοῦτο τοῦ σφισι, ἐν τῇ χώρῃ τῇ σφετέρῃ γενέσθαι, καὶ μιήμιλιν τὸ πάθεϊ τύπτονταί τε ἑκάστοτε ἔτεϊ, καὶ θρηνέουσι, καὶ τὰ ὄργια ὀπτελέουσι, καὶ σφίσι μεγάλα πένθεα αὐτὰ τὴ χώρῃ ἴστασθαι. ἐπεὰν δὲ τούτου τύπτονταί τε, καὶ ἀποκλαύσωνται, πρῶτα μὲν καταγίζουσι τῷ Ἄδωνι, ὅκως ἔοντι νέκυϊ. ἔπειτα τὰς κεφαλὰς ξυρέονται, ὅκως Αἰγύπτιοι ἀποθανόντος ἄπιδος γυναικῶν ὅσαι οὐκ ἐθέλουσι ξυρέεσθαι, τοιοῦτο δὲ ζημίην ἐκτελέουσι. ἐν μιῇ ἡμέρῃ ὀπτὶ πρήσσεται ὧραι ἴσαται. ἡ δὲ ἀγορὴ μέχρι ξείνοισι πα-

ρε-

ρομένας), καὶ ὁ μῦθος ἐς τὴν Ἀφροδίτην θυσίην γίγνεται· μιῇ δὲ, τῇ ἑτέρῃ ἡμέρῃ ζώειν τέ μιν μυθολογέουσι, καὶ ἐς τὸν ἥλιον πέμπουσι. Dicunt igitur *Factum illud quo ab Apro percussus Adonis fuit, in suâ regione contigisse, & in memoriam rei verberantur annis singulis, & lamentantur, & ritus solennes peragunt, ac ipsis magni adeo luctus per totam regionem indicuntur. Postquam autem iam verberandi, & deplorandi finis factus est, primò quidem inferias Adoni peragunt, perinde ac mortuo tum existenti: & capita radunt, quemadmodum AEgyptij mortuo Api. Mulierum autem quæcumque radi nolunt, talem pœnam exsoluunt: vnum diem ad quæstum corpore faciendum prostant: forum vero solis peregrinis exhibetur: & quod inde mercedis auferunt, hoc Veneri in sacrificium datur. Postea vero, sequenti die & viuere dicitant, & in aëra mittunt.* Hæc ita trāspōsui, quod narratio de luctu cœpta, insititio sequentis diei gaudio non debuit interrumpi. Nam Veneris cultrices Adonim mortuum vno die deplorabant; altero ceu rediuiuum, & luci restitutum: haud aliter quàm Ægyptij inventum Osyrim, faustis acclamationibus excipiebant. Quo respexit Bion in dulcissimo Idyllio, quo mortem Adonidis luget.

Λῆγε γόων Κυθέρεια τοσήμερον, &c.
Desine luctuum Cytherea hodie.

Sacrificium vocatur καθέδρα. Hesychius, Καθέδρα, θυσία Ἀδώνιδος. Quod inde reor esse deductum, quod πένθος ἡμέρας ἀπὸ τετελευτηκότι, *Luctus dies super defunctis*, καθέδρας appellarent. In pompæ traductione Adonidis, & Veneris simulachra circumferebantur. Theocritus Ἀδωνιαζούσαις, siue Idyllio 15.

Αὐτὸς δ' ὡς θανὼς ἐπ' ἀργυρέῳ καταθήτῃ
Κλισμῷ, πεσὼν τὸν ἴσχιον ἀπὸ κροτάφων καταβάλλων.
Ὁ τριφίλατος Ἄδωνις, ὁ κἠν Ἀχέροντι φιλεῖται.

Ipse vero quam admirandus in argenteo iacet
Thoro, primâ lanuginē circa tempora spargens,
Ter amabilis Adonis, qui etiam apud inferos
amatur.

Pompâ iam ad terminum perductâ, lecti sternebantur, in quibus effigies populo spectandæ reclinarentur. Theocritus ibidem:

Ἔστρωται κλίνα τῷ Ἀδώνιδι τῷ καλῷ ἄλλα,
Τὰν μὲν Κύπρις ἔχει, τὰν δ' ὁ ροδόπαχυς Ἄδωνις,

Stratus est lectus Adonidi pulchro alius,
Alterum tenet Venus, alterū formosus Adonis.

Porro in hoc sacrorum ritu, quod Ammianus Marcellinus ait, *simulachrum aliquod esse frugum adultarum*, præterquam quod à Macrobio disputatur *lib. 1. Saturnal. cap. 21.* etiam argumento est, quod tum frumenta, & hordea serebant, & hortos Adonidos instruerent. Scholiastes Theocriti ad versum 112. Idyllij 15. Ἐθώ-

θασι

θεσι γὰρ ἐν τοῖς Ἀδωνίοις πυρὸς, καὶ κριθὰς σπείρειν ἐν λησι περισείοις, καὶ τὰς φυτευθέντας κήπους Ἀδωνίδας προσαγορεύειν. *Consueuerunt in Adonis frumenta, & hordea serere in quibusdam suburbiis, & consitos hortos Adonios nuncupare.* Hinc etiam est, quod omne genus fructuum offerrent. Theocritus:

Ἀρσινόα πάντεσσι καλοῖς ἀπιπάλλει Ἄδωνιν.
Παὶρ μὲν γὰρ οἱ ὥρια κεῖται ὅσα δρυὸς ἄκρα φέρουσι,
Παὶρ δ' ἀπαλοὶ κᾆπoι πεφυλαγμένοι ἐν πελαρίσκοις
Ἀργυρέοις. &c.

Arsinoe multifariis bonis ornat Adonim.
Iuxta enim matura iacent, quæcunque arborum
apices ferunt;
Adsunt & molles hortuli inclusi calathis
Argenteis.

Hæc tamen sacra tanto cultu obseruata, proverbio locum dederunt, οὐδὲν ἱερὸν, *nihil sacrum:* quod dicitur, vt Hesychius, Zenobius, & Suidas exponunt, ἐπὶ τῶν παντελῶς εὐτελῶν, καὶ ἀχρήστων, *de usquequaque ineptis, & inutilibus.* Cuius eam quoque originem tradunt, quod Hercules conspectâ Adonidis statuâ extulerit, Οὐδὲν ἱερὸν, significans eos esse tantum honorandos, qui de genere humano bene meriti essent. Addit amplius Scholiastes Theocriti ad versum 21. Idyllij 5. Ἡρακλῆς ἐλθὼν εἰς Δῖον πάλιν Μακεδωνίας εἶδέν τινὸς ἱερὰ πολλὰ ἐξίοντας. Θέλων ὁ Ε αὐτὸς

αὐτὸς εἰσέλθειν, καὶ προσκυνῆσαι, ἀνακρινεν, ἤγεν ἠρώτησε, ἵνα τίνος εἴη τὸ ἱερόν; μαθὼν δὲ Ἀδώνιδος εἶναι, ἔφη οὐδὲν ἱερόν· αὐτὸ γὰρ, οὐδένος ἄξιον· οὐδεὶς γὰρ θεὸς Ἄδωνις ὑπάρχει. *Hercules Diuum, Macedoniæ ciuitatem profectus, conspexit multos ex aliquo templo prodeuntes: volens autem & ipse ingredi, & adorare, rogauit, cuius esset templum? Cumq; didicisset Adonidis esse, dixit, Nihil sacrum, id est, nullius pretij. nam Adonis Deus non est.*

ΑΛΙΑ.

FEstum Solis à Rhodiis obseruatum. Athenæus *lib.13.* Ῥόδιοι τὰ Ἅλια τιμῶσιν. *Rhodij Halia celebrant.* Existimarunt aliqui nomen esse deductum ab ἅλς, & notari veteris θαλασσοκρατίας monumentũ, quâ Rhodij olim floruerunt: Sed vero similior est à voce Doricâ ἅλιος, pro ἥλιος appellationis originatio. Quamuis enim Rhodij maris imperio longè lateq; potiti fuerint, vt author est Strabo *lib.14 Geographiæ*; nullum tamen huic rei festum instituisse reperiuntur. Vt autem Soli dedicatum fuisse credam, ratio est, quod illum Rhodij tanquam apud se natum præcipuâ veneratione sint prosecuti. Huc insanam refero Colossi substructionem, quem fecit Chares Lyndius Lysippi discipulus: quodq; Strabo narrat *lib.14.* Ἡλιάδας,

ας, id est Ἡλίου, siue *Solis*, filios aliquando Rhodum tenuisse: cuius etiam meminit Cicero *libro 3. de natura Deorum*. Eustathius ad Odyss. z. Ἅλιον, ὅπερ ἦν ἡλίου ἱερὸν κατὰ Ῥόδιους. *Halion, quod erat templum Solis apud Rhodios*. Aristides etiam cùm Rhodon vocasset vrbem Solis, &, ὅτι τὴν νῆσον ἔσωσε κατὰ τῆς θαλάττης, καὶ κεκρυμμένην Ἡλίῳ δῶρον αὐτὴν θεοὶ, *quod hanc ipsam insulam sub mari existentem, & occultatam Soli dono dederunt Dij*; addit, καὶ τὸν μὲν τῶν Ἁλίων ἀγῶνα ποιήσεται, *& Haliorum certamen faciet is*. Ex quibus apparet, Halia, Festos Solis dies fuisse, non autem θαλαττοκρατίας monumentum.

Ἅλωα.

HEsychius, Ἁλῶα ἑορτὴ Ἀθήνησι. *Haloa festum Athenis*. Cuius verò Dei fuerit haudquaquam exprimit: vt neq; Harpocration, & Suidas; qui tamen ex Philochoro nominis originẽ exponunt. Ἁλῶα ἑορτή ἐστιν Ἀττικὴ· Φιλοχόρος δέ φησιν ὀνομασθῆναι διότι τότε τοὺς ἀνθρώπους τοὺς διατρίβας περὶ τοὺς ἄλως παιδεῦσαι. *Haloa festum est Atticum. Philochorus verò ait vocari ab eo, quod tunc homines circa areas occuparẽtur*. addit Harpocration, Ἄγεσθαι δ' αὐτὴν φησὶν ἐν τῷ περὶ ἑορτῶν Ποσειδεῶνος μηνός. *Agi verò ipsum ait in libro de Festis, mense Posideone*. Ἅλως tamen non simpliciter

pliciter aream significat; sed ἀμπελόφυτον χώρον, καὶ σιτοφόρον, *locum vitibus, & frumento consitum.* Quare Philochorus indicare videtur hoc festum ab Agricolis obseruatum, cùm ad messem accingerentur. Verum Eustathius ad Iliad. 1. Cereris & Bacchi sacrum ait esse; quod comportatis in horrea frugibus agitatur. Ἴστέον ὅτι ὅτε συνηθροίζη καρπῶν, ἐφ' ᾗ καὶ τὰ Θαλύσια ἔθυεν, ἑορτὴ ἦγετο Δήμητρος καὶ Διονύσου, καθ' Παυσανίαν, Ἅλωα καλουμένη, ἀφ' ἧς ταῖς ἀπαρχαῖς, καὶ μάλιστα ἐν Ἀθήναις, ὅπου τῆς ἄλω τὸ καπνοχεῖσθαι φερόντας εἰς Ἐλευσῖνα. *Sciendum est, quòd post comportationem frugum, sub quam Thalysia quoque sacrificabantur, festum agebatur Cereris & Bacchi, secundum Pausaniam, Haloa nuncupatum; quòd ex areâ (quam Græci vocant Halon) delatæ Eleusinem primitiæ, tunc absumerentur.* Et immodicè fructuum primitias absumi oportuit; quia non licebat Haloorum die sacrificare, aut hostias immolare; quarum alioquin carnes in viscerationem cedebant, adustis tãtùm coxis, & pinguedine, quorum nidore frui deos arbitrabantur. Apud Athenæum *lib. 13.* Demosthenes in oratione contra Neæram Archiæ, sacrorum Antistiti exprobrauit, Ὅτι Σινώπην τὴν ἑταίραν Ἅλωος ὅτε τῆς ἐχάρας, τῆς ἐν τῇ αὐλῇ Ἐλευσινι παρασαγέσαν ἱερὸν θύσειν, νομίμως ὄντος ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ ἱερεῖα μὴ θύειν. *Quod per Aloa Eleusine, in cænaculi*

naculi foco, Sinopæ amicæ illuc deductæ rem diuinam feciſſet; cùm per eos dies lege vetitum ſit, ne quis victimas immolet.

ΑΜΦΙΔΡΟΜΙΑ.

ETſi non fuerit Amphidromiorum publica ſolennitas, ſed priuatorum affectibus conſecrata: tamen hîc omittenda non fuit, quod cùm omnes ſigillatim homines ſpectet, etiam Δημοπλὴς appellari quodammodo mereatur. Igitur Ἀμφιδρόμια, vel vt alij ſcribunt, Ἀμφιδρομία peragebantur à parentibus die quinto poſt partum, hoc ritu. Infantem geſtantes circum lares focumque currebant: Domeſtici, & amici tanquam gratulabundi dona conferebant. Harpocration *ex oratione Lyſiæ de abortu:* Ἀμφιδρομία, ἡμέρα τις ἦγετο ὑπὲρ τῶν νεογνῶν παιδίων· ἐν ᾗ τὸ βρέφος τρέχοντες, καὶ ἐπὶ τὴν ἑστίαν ἔφερον τρέχοντες, καὶ ἔνδον τῶν οἰκείων, καὶ φίλων πολύποδας, καὶ σηπίας ἐλάμβανον. *Amphidromia dies aliqua agebatur ſuper pueris recens natis: in quâ infantem ad focum ferebant currentes, & à domeſticis, & amicis Polypodes, & ſepias accipiebant.* Curſus ille in orbem conuertebatur. Plato in Theæteto; vbi Socrates rationem ſuam docendi obſtetricum officio confert; cumque Theætetus peperiſſet, id eſt, ingenij ſui ſpecimen edidiſſet; Socrates veluti

uti obstetricis munere perfunctus addit; μετὰ δὲ τὸν τόκον, τὰ Ἀμφιδρόμια αὐτὸ ὡς ἀληθῶς ἐν κύκλῳ περιθρεκτέον. *Post partum verò, ipsius Amphidromia celebrando, reuera circulatim discurrendum est.* Hesychius amplius tum nomina pueris imponi solita scribit: Ἀμφιδρομία, inquit, ἡμέρα ἀγομένη τοῖς παιδίοις ἐν ᾗ τὸ βρέφος περὶ τὴν ἑστίαν φέροντες τρέχοντες κύκλῳ, καὶ ἐπετίθεσαν αὐτῷ ὄνομα, ὅτι ἐκ τῶν οἰκείων καὶ φίλων δῶρα ἐπέμποντο. *Amphidromia dies acta pueris, in quâ infantem circum focum ferebant currentes in orbem, & imponebant ipsi nomen, cùm à domesticis & amicis dona mittebantur.* Ex quibus sequi videtur Amphidromia fuisse Romanorum Nominalibus affinia. Idē tamen author postea sui velut oblitus decimo die nomina demum imponi tradit. τῇ δεκάτῃ ἡμέρᾳ τὰ ὀνόματα τοῖς βρέφεσι ἐτίθεσαν. *Infantibus decimo die nomina imponunt.* Atqui si Amphidromia die quinto celebrantur, & nominalia decimo, eadem esse nequeunt. Alio loco vocat, δρομιάφιον ἦμαρ· ἔστι δὲ ἡμερῶν ἑπτὰ ἀπὸ τῆς γονῆσεως, ἐν ᾗ τὸ βρέφος βαστάζοντες περὶ τὴν ἑστίαν γυμνοὶ τρέχουσι. Igitur acta die quinto Amphidromia, quod hoc spacium sufficere putarent ad ea curanda, quæ partum ipsum spectant. Hinc etiam obstetrices, & quæ adfuissent enitenti manus abluebant, & quasi munere suo iam perfunctæ, in posterum nutricibus habendam

dam infantis curam ostendebant. Idq; ex Etymologico licet colligere: Ἀμφιδρόμια, inquit, ἑορτή ἐστιν Ἀθηναίοις τελευμένη· καθ' ἣν ἐγκρυφίας ἄρτος ὀπτωμένας, ἀπὸ τῆς ἑστίας διατρέχουσι. τὸ δὲ αὐτὸ ποιοῦσι καὶ μὴ σκευῆς εἰς τὰ βρέφη ὑπὸ τὴν ἑστίαν ἀφιέντες, ἐπιδηλοῦσι κηροτρόφῳ, ἢ τροφὸς ἀπὸ τίνων τρέφηται. Huc etiam facit, quod genium, natalium præsidem, siue γενέθλιον, Æschylus Ἀμφίδρομον appellauit. Cæterum illa non absque solenni epularum apparatu transigebantur. Eubuli versus apud Athenæum *libro 2.* manifestè loquuntur.

Ἀμφιδρομίων ὄντων, ἐν οἷς νομίζεται,
Ὀπαῦτε τυρῷ χερσονησίτῃ τόμον,
Ἕψειν τ' ἐλαίῳ ῥάφανον ἠγλαϊσμένην,
Πνίγοντε παχέων ἀρνίων σηήνια,
Τίλλειντε φάττας, καὶ κίκλας ὁμοῦ τοκάδας,
Ὀμῦτε χαύειν μαγίσι σηπίδα,
Πιλοῦντε πολλὰς πλεκτάνας ἀπροφῶς,
Πίνειντε πολλὰς κύλικας ἀζωρεστέρας.
Dum sunt Amphidromia, in quibus moris est
Assare casei Chersonesitis frustum,
Et incoquere oleo pinguefactam brassicam,
Et suffocare pinguium agnorum pectora,
Deplumare palumbos & turdos, cum spinis,
Et cum manide ligurire sepiolas,
Congerere multa Polypodum flagella flexuosè,
Et bibere multos calices meraciores.

His

His ita transactis, decima post natiuitatẽ nocte nomen imponebãt infanti; & tum congregatis amicis, peractâ re diuinâ, rursum splendidè conuiuabantur: idque vocabant δεκάτλυ ἐστιάσιν. Suidas Δεκάτλυ ἐστιάσιν· ἔθος ἦν παίδων συγγινωμένων τοῖς Ἀθηναίων ἀγοῖς· τῇ δεκάτῃ τῶν νυκτῶν ἀπὸ τῆς γενέσεως, συγκαλεῖσθαι τοὺς πατρῴους, καὶ μητρῴους οἰκείους, καὶ τοὺς ἐγγύτατα φίλους. καὶ παρόντων ἐκείνων τότε ὀνόματα τοῖς παισὶ τίθεσθαι· καὶ καλλιερεῖσθαι τοῖς θεοῖς· ἔπειτα εὐωχεῖσθαι τοὺς συνελθόντας. *Moris erat apud Athenienses ciues, vt natis pueris, decimâ post natiuitatem nocte conuocare paternos & maternos familiares, & proximos amicos: & præsentibus illis nomina pueris imponere, & sacrificare diis, deindè epulari congregatos.* Fuere tamen qui die septimo acta fuisse traderent puerorum nominalia, vt videre est apud Harpocrationem. Et in his Aristoteles lib. 7. de historiâ animalium cap. 12. nam cum pueri plerumque morbo comitiali tollantur ante septimum diem; hunc si euasissent, conceptâ iam salutis spe nomen imponebant. Hinc ἑβδόμια celebrare, vocabant ἑβδομεύεσθαι.

ANAKEIA.

CIcero *lib. 3. de naturâ Deorum* Author est primos Ἀποκόρους ex Ioue antiquissimo rege

ge & Proserpinâ natos, Athenis Anaces fuisse appellatos. Cùm verò plures Dioscuros fuisse constet, idem nominis etiam Tyndaridis alij tribuerunt; Plutarchus in Theseo; vbi causam quoq; exponit appellationis: Τιμὰς ἰσοθέους ἔχον, Ἄνακες προσαγορευθέντες, ἢ διὰ τὰς ἡμερίας ἀνοχὰς, ἢ διὰ τὴν ἐπιμέλειαν, καὶ κηδεμονίαν τῶ μηδένα κακῶς παθεῖν, στρατείας τοσαύτης ἔνδον ὄσης. ἀναικῶς γὰρ ἔχειν τὰς ἐπιμελουμένας, ἢ φυλάττοντας ὀπίσω· καὶ τὰς βασιλεῖς ἴσως Ἄνακτας διὰ τὸ καλεῖσθαι· ἐσὶ γάρ τινας λέγοντες, διὰ τὴν τῶν ἄστρων ἐπιφάνειαν Ἄνακας ὀνομάζεσθαι· τὸ γὰρ ἄνω τὰς Ἀττικὰς ἄνακας ὀνομάζειν. *Diuinos honores obtinuerunt Anaces appellati, vel propter inducias (quas Græci vocãt ἀνοχὰς) vel ob curam operamq́, quam adhibuerunt, ne quis iniuria afficeretur, cùm tantus esset in vrbe exercitus* (quem illi duxerant ad recuperandam Helenam) *nam ἀναικῶς ἔχειν dicuntur, qui quamcumque rem tutantur, & custodiunt. Et Reges forsitan ob hoc ipsum Ἄνακτας vocant. Sunt autem, qui dicant sic appellatos propter splendorem syderum; nam ἄνω, quod est sursum siue supra, Athenienses ἄνακας efferunt.* Ad posteriorem nominis rationem fortè respexit Horatius lib. 1. Ode 3.

Sic fratres Helenæ lucida sydera.

Eustathius ad Odyss. α. probat etymon quod Plutarchus priore loco ponit: ἔστι, inquit, ὁ μὲν πρῶτος ἀναικῶς, αὐτὶ τῦ φροντιστικῶς, ἐπιμελῶς, πεφυ-

λαγμένως. *Est in vsu ἀνακῶς, pro studiosè, curiosè, cautè.* Quo sensu ab Herodoto, & Thucydide vsurpatum esse testis est Pausanias. Pindarus Pythionic. II. Epodo vltimâ, vnum Pollucem nominans, sic tamen, vt etiam de Castore intelligi debeat, nō Ἄνακον, aut Ἄνακα, sed Ἄνακτε vocat. Quē secutus est Tzetzes ad Lycophronem. οἱ γὰρ Διόσκουροι κ) Θησέως στρατεύσαντες ἕνεκεν τῆς ἁρπαγῆς τῆς Ἑλένης, ἐφείσαντο πάντων τῶν ἐν τῇ πόλει πλὴν μόνης τῆς Αἴθρας· διὸ καὶ θαυμάσαντες αὐτὸς οἱ Ἀθηναῖοι, Ἄνακτας, ἤτοι θεὸς, κ) σωτῆρας ἐκάλεσαν. *Dioscuri ducto aduersus Theseum exercitu propter raptum Helenæ, omnibus quidem in ciuitate pepercerunt, præterquam soli Aethræ; quapropter admirati Atheniēses* Ἄνακτας, *id est Deos, & Saluatores appellarūt.* Diuinos honores Tyndaridis habitos non Lacedæmone modò, sed etiam Athenis, ostendit Theodoretus *libro 8. Græcanicarum affectionum, siue sermone de Martyribus.* Καὶ μέν τοι, καὶ Τυνδαρίδας θεὸς ἐκάλεσαν Ἕλληνες, καὶ Διοσκόρους ὠνόμασαν, καὶ Ἑφεσίους, καὶ Ἀνάκας· κ) τεθμῶν οὐκ ἐν Σπάρτῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἀθηναῖς τούτους ἠξίωσαν. *Et quidem Tyndaridas Deos vocarunt Græci, & Dioscuros appellarunt, & Familiares, & Anaces. Et tēplis non tantùm Spartæ, verùm etiam Athenis dignati sunt:* In tantum, vt illis festum dicarint, quod ratione nominis iam adducti, ΑΝΑΚΕΙΑ nuncuparunt. Pollux

libro

libro 1. capite 1. Ἑορτὴ Διοσκούρων Ἀθήνησιν Ἀνάκεια. *Festum Dioscurorum Athenis Anacia.* Pausanias: Ἀνάκεια, ἑορτὴ Διοσκούροιν Ἀνάκτοιν. *Anacia festum Dioscurorum Anacum, quasi sapientum.* Et vt nihil ad πυὰς ἱσοθέους desideraretur, non tanquã pusillis numinibus, aut Heroibus, sed tanquam maiorum gentium diis litarunt. Nam Pausanias illis τριτύαν fieri tradit. Est autem τριτύα, siue τριτὺς, teste Suida, ἡ ἐντελὴς θυσία, ἐκ συὸς, κριοῦ, καὶ τράγου, ἐκ τριῶν. *perfectum sacrificium constans tribus, Sue, Ariete, Hirco.* Alij ariete, tauro, porco, vt Callimachus; alij bove, caprâ, sue, vt Ister in veteri lexico, constare prodiderunt. Quamobrem Eustathio assentior, qui trium animalium, quorumcunq; tandem, immolationẽ vocari τριτύαν affirmat. Τριτύαν ἔλεγον τὴν ἐκ τριῶν ζώων θυσίαν. *Trittyam dicebant ex tribus animalibus sacrificium.* Et quomodocunque sese res habeat, hîc mihi satis est probasse τριτύαν inter ἐντελεῖς θυσίας, id est perfecta, atque omnibus numeris absoluta sacra cẽseri. Nam sacrificium quod Dioscuris fiebat, peculiari nomine Ξένισμον appellabatur. Scholiastes Pindari ad 3. Olym. Strophe 3. ἡ γιγνομένη θυσία Διοσκούροις, Ξενισμὸς καλεῖται. *Quod fit Dioscuris sacrificium, Xenismus vocatur.* Athenæus libro 6. Ludorum quoque meminit, quibus sacrificij pars impendebatur: Sed τριτύας non facit

cit mentionem; duorum tantum modò boum portiones in Ludos, Parasitos, & Sacerdotes diuidi ex quadam inscriptione demonstrat. Ἀλλὰ μὴν, ἐπεὶ γὰρ τῶν παρασίτων ὁ λόγος, καὶ ἔν τῷ Ἀνακείῳ ἐπί τινος στήλης γέγραπται· ΤΟΙΝ ΔΕ ΒΟΟΙΝ ΤΟΙΝ ΗΓΕΜΟΝΟΙΝ ΤΟΙΝ ΕΞΑΙΡΟΤΜΕΝΟΙΝ ΤΟ ΜΕΝ ΤΡΙΤΟΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΩΝΑ ΤΑ ΔΕ ΔΥΟ ΤΟ ΜΕΝ ΕΤΕΡΟΝ ΙΕΡΕΙ ΤΟ ΔΕ ΤΟΙΣ ΠΑΡΑΣΙΤΟΙΣ. *Verum quoniam de Parasitis sermo est, in Anaceio columnæ cuidam inscriptum est: E bobus præcipuis selectis tertia pars ludis celebrandis impendatur; è duabus reliquis altera tribuatur Sacerdoti, altera Parasitis.* Sed ne quis Parasitis id honoris datũ admiretur, cùm, vt idem Athenæus docet, τὸ τῶ παρασίτου ὄνομα, λῶ σεμνὸν καὶ ἱερόν. *Parasiti nomen venerabile erat, & sanctum.* Quia nimirum Græcis quondam ita dicti, quos Romani in superstitionum suarum ritibus, viros Epulones, aut Titios Sodales appellarunt.

ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΑ.

DIes Baccho festi: Hesychius, Ἀνθεστήρια τὰ Διονύσια. *Anthesteria, Bacchanalia.* Tamen peculiarem nõ fuisse solennitatem innuit doctissimus interpres Aristophanis *in Acharnan.* referens ex Apollodoro, Athenienses Bacchi dies festos in vniuersum Ἀνθεστήρια dicere; sigillatim

latim verò suum cuique nomen adsignari. Φησὶ γὰρ Ἀπολλόδωρος, Ἀνθεστήρια καλεῖσθαι κοινῶς τὴν ὅλην ἑορτὴν Διονύσῳ ἀγομένην· κατὰ μέρος δὲ πιθοιγίαν, χόας, χύτρας. *Ait Apollodorus, communiter vocari totum festum, quod Baccho agitur, Anthesteria: secundum partes verò Pithagiam, Choas, & Chytras.* Sane Athenienses ab illis mensem nominarũt Ἀνθεστηριῶνα, quem Harpocration, & Suidas octauum fuisse tradunt, & Baccho sacrum: κεκλῆσθαι δὲ αὐτὸν οὕτω ἀπὸ τοῦ ὅτε τὰ ἄνθη τῶν ἐν τῇ γῇ ἀνθεῖν πρῶτον. *sic dictum, quòd, quæ ex terrâ oriuntur, tum plurima floreſcant.* Etymologicũ magnum, ἐπειδὴ ἡ γῆ τότε ἄρχεται τοῦ ἀνθεῖν. His accedit Macrobius lib. 1. cap. 14. *Aprilis Anthesterion vocatur, quod eo tempore cũcta floreſcant.* At Gaza, quem sequũtur Iunius, & Gyraldus, sextum esse putat, & respondere Nouembri, ἀπὸ τοῦ ἄνθη φέρειν, *quod floribus prata viduentur.* Sed difficile est Græcorum menses ad Romanorum rationes reuocare. Cæterum Anthesteria Athenienses magna conuiuiorum hilaritate celebrabant; vt tritum vulgò apud Græcos dictum ostendit, Οὐρᾷς Κᾶρες οὐκ ἔτ' Ἀνθεστήρια, *foras Cares non amplius Anthesteria:* quod Zenobius explicat centuriâ 4. prouerbio 33. & Suidas cent. 7. prouerb. 90. prout literarum immortale decus, Andreas Schottus, editione nuperâ destinxit.

ΑΝΘΕΣΦΟΡΙΑ.

ΑΝθεσφόρια Latinè florifertum dixeris: de quo Festus: *Florifertum dictum quod eo die spicæ ferũtur ad sacrarium.* De cętero num quidquam hæc inter se habeant commune compertum non habeo. Verum Antesphoria Siculi Proserpinæ dicarunt. Pollux *lib. 1. cap. 1.* Κόρης ἑορτὴ παρὰ Σικελιώταις, Ἀνθεσφόρια. Quorum eam esse causam puto, quod (vt verbis vtar Arnobij lib. 5.) *quodam tempore cum in Siciliæ pratulis purpureos legeret nondum mulier flores, & adhuc virgo Proserpina, cumq; illã per floream messem, hinc, atque illinc, passim lectionis cupiditas auocaret, per profundæ altitudinis spelunca Rex prosiliens Manium, raptam virginem secum vexerit.* Eadem à nomine Φερεφάτης, siue *Proserpinæ*, Plutarchus in Lucullo, Φερεφάτια, hoc est *Proserpinalia* vocauit: quo loco proditum est Cyzicenos in his sacris Boue nigrâ facere solitos, quam Deæ destinatam pascebant. Τῆς τ̃ Φερεφατείων ἑορτῆς ἐνεστώσης, οἱ μὲν ἠπόρουν βοῦς μελαίνης, καὶ σεμνίνλω παλάσαντες τῷ βωμῷ παρέσησαν ἡ ἦ ἱερὰ, καὶ τρεφομένη τῇ θεῷ, νόμῳ μὲν εἶχεν, ὥσπερ τ̃ ἄλλα βοτὰ τ̃ Κυζικενῶν ἐν τῇ περαίᾳ· κατ' ἐκείνλω ἦ τὴν ἡμέραν ἀποκριθεῖσα τῆς ἀγέλης μόνη διενήξατο πρὸς τ̃ πόλιν, καὶ κατέσησεν ἀπὶ τὴν θυσίαν αὐτῆ. *Proserpinalia*

lia cùm appetiissent, & deesset nigra vacca ad sacrificium, ex pasta panis vnam effinxerant, aræq; admouerant. Sacra autem bos, quæ Deæ alebatur, vt reliqua etiam Cyzicenorum armenta, in oppositâ pascebantur continente: Hæc eo die à cæteris se bobus deiunxit, solaq; ad vrbem tranauit, vt ei sacrificio se sisteret.

ΑΠΑΤΟΥΡΙΑ.

APaturia rectè Budæus vertit *Festum deceptionis*: quippe cui præbuit originem ἀπάτη, id est, *deceptio*. Nam cùm finium regundorum controuersiam inter Athenienses, & Bœotos ortam, Reges Melāthius, & Xanthius certamine singulari dirimere statuissent, Xanthius astu circumuentus occubuit. Sed rem vniuersam describit nunquam satis mihi laudatus Aristophanis interpres, in Acharnan. Cuius verba, quamuis pluscula, negligere non potui, quod abundè, vel sola, solennitatem explicent. Λέγε δ' ἡμῖν σὺ τὰ Ἀπατούρια, ἑορτὴν ὅτι σήμερα, δημοτελῆ, ἀγομένην ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, καὶ τὴν Πυανεψιῶνα μηῦν ὅτι τρεῖς ἡμέρας. καλοῦσι δὴ τὴν μὲν πρώτην δόρπια· ἐπειδὴ φράτορες εἰς ἅμα συνελθόντες δεῖπνον. Τὴν δὲ δευτέραν Ἀναῤῥύσιν ἀπὸ τοῦ θύειν. ἔθυον δὲ Διὶ Φρατρίῳ, καὶ Ἀθηνᾷ. Τὴν δὲ τρίτην Κουρεῶτιν, ἀπὸ τοῦ τοὺς κούρους, καὶ τὰς κόρας ἐγγράφειν εἰς τοὺς

φρατρίας· ἐν ᾗ ἐγράφη ἐν τῇ πολιτείᾳ ὁ υἱὸς Σιτάλκου· ἡ δὲ αἰτία. Πόλεμος ἦν Ἀθηναίοις πρὸς Βοιωτὰς περὶ Κελαινῶν, ὁ ἦν χωρίον ἐν μεθορίοις. Ξάνθος ὁ Βοιωτὸς προεκαλέσατο τὸν Ἀθηναίων βασιλέα Θυμοίτην· οὐ δεξαμένου δὲ, Μέλανθος ἐκδημῶν, Μεσσήνιος τὸ γένος, ἀπὸ Περικλυμένου τοῦ Νηλέως ἐπέσχε τὴν βασιλείαν. Μονομαχέντων δὲ ἐφάνη τῷ Μελάνθῳ ἐκ ὄπισθεν τοῦ Ξάνθου, τραγῆν, τετέσιν, αἰγίδα μέλαιναν ἐνημένος· ἔφη δὲ ἀδικεῖν αὐτὸν, δεύτερον ἥκοντα. ὁ δὲ ἐπεστράφη· ὁ δὲ παίσας ἀπεκτείνει αὐτὸν. ἐν δὲ τούτῳ, ἥτε ἑορτὴ. Ἀπατούρια, καὶ Διονύσου Μελαναιγίδος ἐδωμήσαντο. *Loquitur nunc de Apaturiis, festo notabili & publico, quod agitur mense Pyanepsione ad tres dies. Vocant quidem primum* Δόρπιαν, *Cœnæ diem, quo sodales, & tribules vespere conuenientes epulabantur. Alterum verò* Ἀναῤῥύσιν, *à sacrificando; sacrum enim fiebat Ioui Sodali, & Mineruæ. Tertium,* Κουρεῶτιν, *id est Puellarem; quod tum pueros, & puellas, in tribus adscriberent, quando donatus est ciuitate filius Sitalci. Fuit autem causa festi hæc: Bellum erat Athenienſibus cum Bœotiis, de Celænis, quæ est Regio in confiniis. Xanthius Bœotius prouocauit Regem Athenienſium Thymœtem; quo non recipiente certamen, Melanthius, qui tum ibi erat peregrinus, Messenius genere, à Periclymene Nelei filio præfectus est regno. Cùm verò pugnarent, visus est Melantho quidam à Xanthij tergo consistere, nigram capræ pellem indutus.*

Ex-

Exclamauit ergo, iniquè eum agere, qui comitatus altero, in pugnā veniret. Bœotius cum se conuertisset occisus est à Melanthio, hinc festum deceptionis, & Dionysij Melanægidos, id est, nigræ capræ pellem habentis, templum exstruxerunt. Quamobrem qui genus suum referebant ad Melanthium, id est omnes verè Iones, Apaturia celebrabant, exceptis Ephesiis & Colophoniis. Herodotus libro 1. Ἔσωσαν δὲ καὶ καθαρῶς Ἴωνες, ὅσοι ἀπ' Ἀθηνέων γεγόνασι, καὶ Ἀπατούρια ἄγουσι ὁρτήν. ἄγουσι δὲ πάντες, πλὴν Ἐφεσίων, καὶ Κολοφωνίων. Οὗτοι γὰρ μοῦνοι Ἰώνων οὐκ ἄγουσι Ἀπατούρια, ἔστι δὲ ἔστι κατὰ φόνου τινὰ σκῆψιν. *Ac gemini Iones omnes, quotquot Athenis oriundi Apaturia celebrant. Celebrant autem omnes præter Ephesios, & Colophonios, qui soli ex Ionibus ab Apaturiis arcentur, idq; ob cædis patratæ causam.* Porrò quæ ad Acharnanes Aristophanis interpres exposuit, eadem repetit *in pace*, & Suidas ad verbum excerpsit. nisi quod dies quatuor enumerat: vti etiam tot fuisse confirmat Harpocration; Ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις, ἣν ἄγουσι Πυανεψιῶνι, ἐφ' ἡμέρας τέτταρας. Hesychius; Ἀπατούρια, ἑορτὴ Ἀθηναίοις ἐπὶ ἡμέρας τέσσαρας· ὧν ἡ πρώτη, δορπία καλεῖται, ἡ δὲ δευτέρα Ἀναῤῥύσις, ἡ τρίτη κυρεῶτις, ἡ δὲ τετάρτη Ἐπίβδα. *Apaturia, festum Athenis ad quatuor dies: quorum primus Dorpia dicitur, secundus Anarrhysis, tertius Cureotis, quartus Epibda.*

Δορ-

Δορπία vocatur, quod tum Sodales, siue Tribules simul cænarent, à voce δόρπου, quæ vespertinas epulas significat. Δορπίαν auspicabantur Προτένθαι, id est Prægustatores, quorum Athenis collegium fuit. Athenæus libro 4. Phoci decretum adfert, Ἐν ᾧ ὥσπερ τι σύγκειται οἱ Προτένθαι εἰσὶ, καθάπερ καὶ Παράσιτοι, *In quo velut quoddam Collegium sunt Protenthæ, velut etiam Parasiti.* Et supra monui Parasitorum venerabile, ac sanctum fuisse nomen, non secus ac Romæ virorum Epulonum. Huc faciunt versus Philyllij:

Βούλεσθε δῆτ' ἐγὼ φράσω τίς εἰμὶ ἐγώ;
Ἡ τῶν Προτενθῶν δορπία καλεμένη.
Vultis sanè vt eloquar quis sim ego?
Protentharum Dorpia vocata.

Secundus dies est Ἀνάῤῥυσις, quo sacrificabant Tribules Ioui Sodali, & Palladi. Nam vt Scholiastes Aristophanis exponit, & ex eo Suidas, ἀναῤῥύειν est θυηδύειν, & θυσίαν ἐπιτελεῖν. *sacrificare, & sacrificium peragere.* Atque hoc est quod Homerus dicit, ἀνερύειν, id est ἀνατρέπειν, *resupinare.* Nam si quando Diis superis sacrificabant, hostiam resupinabant, vt cælum intueretur. Eustathius ad Iliad. α. Ἔθος ἐλλῆνικὸν, εἰ μὲν τοῖς ἄνω θεοῖς ἔθυον, ἀνακλᾶν τὸν τοῦ ἱερείου τράχηλον, ὥστε ἐφορᾶν ὡς ἄρειον. *Mos fuit Græcus, si diis superis sacrificabant, inuertere victimæ ceruicem, ita vt cælum perspiceret.* Ἐὰν μέντοι Ἥρωσιν, ἢ ὅλως τοῖς κα-

τοιχθ-

τοιχομένοις ἔθυον, κάτω τὸ ἱερεῖον ἀποβλέπον ἔσφαζεν. *Vt contra si Heroibus, aut mortuis sacrificabant, pronas victimas mactabant. Ritum optimè declarat Sophocles in Aiace flagellifero, quem furore correptum in pecudes sæuientem inducit.*

Καὶ τὰς μὲν ἠυχένιζε, τὰς δ' ἄνω τρέπων
Ἔσφαζε, καὶ ῥάπτεσκε.
Hinc capite truncat, inde resupinat, necat,
Iugulatq; quasdam.

Igitur ἀναρύειν, est hostiam ἀνατρέπειν, καὶ ἀναφέρειν, id est, *ad sacrificandum resupinare*; quod fiebat in sacris Deorum superûm, quales sunt Iupiter, & Pallas, quibus hac' Ἀναῤῥύσιος die sacrificabatur.

Tertius Κουρεῶτις, sic dictus ἀπὸ τῆς κουρᾶς, ἢ τῶν κόρων, *à tonsura, aut à pueris*. Nam à Parentibus Pueri ad Tribules adducebantur, ibiq; tondebantur, & Sodalitatibus, siue Tribubus adscribebantur. Quod respondet, opinor, Romanorum mori, quo virilem togam Adolescentes sumebant, & primam barbã ponebant, de quo Suetonius in Caligula cap. 10. & Nerone, cap. 12. Igitur & apud Græcos, Adolescentes ad annos pubertatis, in honorem alicuius Dei, capillum alebant, quem propterea θρεπτήριον vocabant. Eum deinde, vbi tondebantur, in eius Dei templo consecrabant, in cuius honorem se gestasse professi fuerant. Quod quia

Apollini

Apollini frequenter accidebat, illum ideo Κερροτρόφον appellarunt. Demosthenes in prouocat. contra Eubuliden, Παιδίον ὄντα μὲ εὐθέως ἤγον εἰς τὰς φράτορας, εἰς Ἀπόλλωνος πατρῴου ἦγον, εἰς τ' ἄλλα ἱερά. *Cum puerulus etiamnum fui, me statim ad Curiales duxerunt, in ædem Apollinis Patrij duxerunt, in reliqua item templa.* Nulla tamen Religio certo Numini eos adstringebat: nam Puellæ Atticæ, vt author est Pausanias, primitias comarum ad sepulchrum Iphinoæ deponebant. Elææ Virgines Opi, & Hecaergæ dicabant. Athenienſium vulgus Herculi consecrare soliti. Hesychius; Ἀθλώμενοι οἱ μέλλοντες ἐφηβεύειν, πρὶν ἀποκείρεσθαι τὸν μαλλὸν, εἰσέφερον Ἡρακλεῖ μέτρον οἴνου, καὶ παείσαντες τοῖς συνελθοῦσιν ἐπεδίδουν πίνειν· ἡ δὲ σπονδὴ ἐκαλεῖτο οἰνιστήρια. *Athenis futuri puberes, antequam deponerent comam, offerebant Herculi mensuram vini, & cum libassent, iis qui conuenerant, bibendum porrigebant. Ipsa vero libatio vocabatur Oenisteria.* Nobiliores autem, & qui supra vulgus existimari volebant, antiquo instituto, cuius meminit Plutarchus in Theseo, comam suam Apollini Pythio vouebant, & Delphos proficiscebantur, cùm deponendi tempus aduenisset. At Κερεώτιδος die consecrasse Dianæ comam expressè docet Hesychius. Κερεώτις, μηνὸς Πυανεψιῶνος ἡμέρα, ἐν ᾗ τὰς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τῶν παίδων ἀποκείροντες

τρί-

ρίχας Ἀρτέμιδι θύσει. *Cureotis mensis Pyanepsionis dies, quo capillos capitis puerorum detondentes, Dianæ sacrificant.* Sacrificium fiebat κορίῳ, id est Coriandro: author est Pollux libro 8. multa namque in rem diuinam veniunt, Δι᾽ ἃ τὴν τῆς νομιασίας κοινότητα, *ob nominis communionem*, vt inquit Athenæus lib. 6. Atque isthæc in tribus adscriptio præcipuus fuit actus totius solennitatis, atque inde nomen Ἀπατορίων fluxisse nonnulli existimarunt. Enarrator Aristophanis: οἱ δέ φασιν, ὅτι τῶν πατέρων ὁμοῦ συνερχομένων, Δι᾽ ἃ τὰς τῶν παίδων ἐγγραφὰς, οἷον ὁμοπατόρια λέγεσθαι τὴν ἑορτὴν, ὁποίῳ τρόπῳ λέγομεν, ἄλοχον τὴν ὁμόλεχον· καὶ ἄκοιτιν, τὴν ὁμόκοιτον· οὕτω καὶ ὁμοπατόρια, ἀπατόρια. *Aiunt alij conuenientibus Patribus ad inscriptionem liberorum, quasi ὁμοπατόρια, à conuentu Patrum appellari festum; quâ formâ dicimus, ἄλοχον, vxorem, quasi eiusdem lecti participem, & ἄκοιτιν tanquam ὁμόκοιτιν, id est cubilis sociam. sic ab ὁμοπατόρια, fieri ἀπατόρια.* Idem præterea colligere licet ex Xenophonte lib. 1. Ἑλληνικῶν, vbi actâ Apaturiorum mentione hunc Patrum congressum solummodo memorat: Μετὰ ταῦτα ἐγίγνετο Ἀπατούρια, ἐν οἷς οἵτε πατέρες, καὶ οἱ ξυγγενεῖς ἥδιστα σφίσιν αὐτοῖς. *Secuta sunt Apaturia, in quibus Patres & Propinqui inter se conuenire solent.* Etymolog. nominis rationem adfert, quod ante eam inscriptionem Pueri viderentur ἀπάτορες,

ρες, id est, *Sine Patre:* Ἐν ταύτῃ τῇ ἑορτῇ τὰς γυναῖκας ἐν τῷ ἐναυτῷ ἐκείνῳ παῖδας ἔτε ἐνέγραφον ὁμογνῶτες οἱ πατέρες, ἢ μὴν Ἀθηναίους ἐξ αὐτῶν Ἀθηναίων ἐδόκει τε οἱ παῖδες τότε τότε ἀπάτορες ὄντες, τότε πατέρας ἔχειν. In eo conuentu Patres certaminis loco, & explorandi ingenij causâ filiis suis Poëtarum carmina recitanda proponebant Plato in Timæo: Ἡ δὲ κουρεῶτις ἡμῖν οὖσα ἐτύγχανεν Ἀπατούριον. τὸ δὲ τῆς ἑορτῆς σώνηθες ἐκάστοτε, καὶ τότε συνέβη τοῖς παισίν. Ἆθλα γὰρ ἡμῖν, οἱ Πατέρες ἔθεσαν ῥαψῳδίας· πολλῶν μὲν οὖν ἦ καὶ ἐλέχθη Ποιητῶν ποιήματα· ἅτε δὲ νέα κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὄντα τὰ Σόλωνος πολλοὶ τῶν παίδων ἤσαμεν. *Erat Apaturiorum solennis dies* Κουρεῶτις: *quod vero illis festis fieri semper solet, tunc etiam contigit. Parentes enim certaminis loco rapsodias nobis proponebant: multorum ergo multa Poëtarũ carmina recitata sunt; & Solonis quidem, quod tunc noua essent, plerique nostrum decantauimus.* Hactenus authores, & qui festos dies Apaturiorum quatuor, & qui solum tres statuunt, eodem ordine recensent, quem secuti sumus. Sed Proclus libro 1. in Timæum Platonis, cùm tres tantum dies agnoscat, etiam alio ordine enumerat: Τὰ Ἀπατούρια ἑορτή ἐστι εἰς Διόνυσον ἀπὸ τῆ Μελάνθε, καὶ Ξάνθε τῶν Βοιωτῶν μονομαχία, καὶ νίκη τῶ Μελάνθε δι' ἀπάτης Βοιωτῶν, ὧν Ἀθηναίων ὑπὲρ Οἰνόης πολεμούντων ἀλλήλοις. ἐπιτελεῖτο δὲ, ἐν ἡμέραις τρισὶν, ὧν πρώτη μὲν ἐκα-

ἐκαλεῖτο Ἀναῤῥύσις, διότι πολλαὶ θυσίαι ἐν αὐτῇ ἐῤῥῶντο· τὰ δὲ θύματα, ἐκάλυν ἀναῤῥύματα· ἐπιδὴ ἀνελκόμενα, καὶ ἐρυόμενα ἄνω ἐθύετο. ἡ δὲ δευτέρα, δορπία· δωχίαι γὰρ ἐν ταύτῃ, καὶ δεῖπνα πολλά· ἡ δὲ τρίτη, Κυρεῶτις· ἐν ταύτῃ γὰρ τοὺς κούρους ἐνέγραφον εἰς τοὺς φράτορας, τριετεῖς, ἢ τετραετεῖς ὄντας. *Apaturia, festum in honorem Bacchi, ex Melanthi, & Xanthi duello, & victoriâ per dolum partâ. Agebatur per tres dies; quarum prima vocabatur Anarrhysis; quod multa tum sacrificia fierent, quæ vocabantur Anarrhymata, quoniam resupinata, & sursum retracta immolarentur. Secunda Dorpia; epulæ enim in eâ, & conuiuia multa. Tertia Cureotis, quod κούρους, id est pueros, in tribus referrent trimos, & quadrimos.* Quarta dies Ἐπίβδα: sed quid in eâ fieri solitum, Authores non expediunt. Hesychius: Ἐπίβδαι, αἱ μεθέορτοι ἡμέραι, ἀπὸ τῆ ἐπιβάσεδαι τῆ ἑορτῆς, οὐκ οὔσας ἐξ αὐτῶν· ἡ ἐπίβδα, καθ' ὑπόθεσιν β, ἀπὸ τὸ ἐπὶ δαιτὶ, καὶ ἑορτῇ ἄγεσθαι αὐτάς. *Dies feriarum postridianæ, quod licet in festorum numero non sint, festis tamen accedant: ab ἐπὶ & δαιτὶ, post conuiuium siue festum ita dictæ per adiectionem litteræ B.* Suidas: Ἐπίβδαι, αἱ μεθέορτοι ἡμέραι, ἀπὸ τὸ ποὸς ἐπίβδξιν τῆ προτέρας ἡμέρας γίνεσθαι, ἄλλης ἐπιβαινούσης. *Epibdæ, post feriales dies, quod prioribus diebus in specimen fiant, aliâ superueniente.* Ergo non peculiaris dies, sed festorum accessio est, vt cum peractâ solennitate

tate repotia celebrantur. Atque hanc forsan ob causam, Scholiastes Aristophanis, & Proclus ipsis Apaturiorum diebus non adnumerarunt.

ΑΡΡΗΦΟΡΙΑ.

IN cuius Dei honorem Athenienses celebrarint Arrhephoriam, incertum fecit ipsa vocis scriptura. Alij enim Ἀῤῥηφορίαν expresserunt, alij Ἐῤῥηφορίαν, vel Ἑρσηφορίαν. Hinc Authores alij Minervæ; alij Herſæ, Cecropis filiæ tribuerunt. Vetus Etymologicum: Ἀῤῥηφορία, ἑορτὴ ἐπιτελουμένη τῇ Ἀθηνᾷ ἐν τῷ Σκιροφοριῶνι μηνί. *Arrhephoria, festũ, quod Minervæ celebratur, mense Scirophorione.* Deinde nominis rationem addens, Ἀῤῥηφορίαν dici ait, tanquam ἀῤῥητοφορίαν, ἀπὸ τοῦ ἄῤῥητα, καὶ μυστήρια φέρειν. *à gestatione secretorum.* Notat etiam dici Ἑρσηφορίαν, ὡσὰπὸ τῆς Ἕρσης, τῆς Κέκροπος θυγατέρα, ὅτι ταύτῃ ἦγον τὴν ἑορτήν, *Ab Herse filia Cecropis, quod ipsi agerent festum.* Hesychius. Ἀῤῥηφορία· ἑκατέρως λέγουσιν οἱ συγγραφεῖς· καὶ ἀπὸ τοῦ Ε, Ἑρσηφορία, ἀπὸ τοῦ Ε Ἕρσης ἐγκατελῆδαι τῷ πώματι. ἐὰν δὲ ἀπὸ τοῦ Α, ὅτι ἀῤῥήτοις συνέσει. Hic non capio quid sibi velit, ἀπὸ τοῦ Ε Ἕρσης ἐγκατελῆδαι τῷ πώματι. Fortè scribendum ἀπὸ τοῦ τῇ Ἕρσῃ ἐπιτελεῖδαι τῷ πόματι, vt sit sensus. *Bifariam scribunt authores: & si per* Ε; *Her-*

ἐ; *Herſephoria, quod Herſæ pompa celebretur: ſi per* Α', *ab* ἀῤῥήτοις, *id eſt arcanis, nomen eſt compoſitum.* Atque ita eſſe reſtituendum ipſemet Heſychius ſuo loco manifeſtè demonſtrat; Ἑρρηφόροι, οἱ τὴν Ἕρσῃ ἐπιτελοῦντες τὰ νομιζόμενα, *Qui Herſæ legitimos ritus peragunt.* Suidas: Ἀῤῥηφορία, θυσία· εἰ μὲν διὰ τοῦ ἀ, Ἀῤῥηφορία, ἐπειδὴ τὰ ἄῤῥητα ἐν κίστῃς ἔφερον τῇ θεῷ αἱ Πάρθενοι. Εἰ δὲ διὰ τοῦ ἑ, Ἑρσηφορία· τῇ γὰρ Ἕρσῃ ἐπέμποντο τῇ Κέκροπος θυγατρί. *Arrephoria, ſacrificiũ: ſi quidem per à ſcribatur,* Ἀῤῥηφορία, *quia Deæ ſecreta ferebãt in ciſtis virgines. Si per ἑ, Herſephoria. Nã Herſæ Cecropis filiæ pompã ducebant.* Omnes igitur in eo conueniunt, aut Palladi, aut Herſæ fuiſſe dicatam ſolennitatem Ἀῤῥηφορίας: & forſitan vtrique: nam origo vtramq; ſpectat. Pallas Herſæ, Aglauro, Pandroſo ſeruandum dedit Erichthonium ciſtulâ incluſum, & inſpicere prohibuit: Herſen, & Pandroſon reuerentia mandati continuit; Aglauron verò curioſitas vetito accenſa perculit. Ouidius libro 2. Transformationum.

Pallas Erichthoniũ prolem ſine matre creatam
Clauſerat Actæo textâ de vimine ciſtâ:
Virginibuſq; tribus, gemino de Cecrope natis
Seruandum dederat; ſed enim inconfeſſa quid eſſet,
Et legem dederat, ſua ne ſecreta viderent.
Abdita fronde leui, denſâ ſpeculabar ab vlmo,

Quid facerent; cõmissa duæ sine fraude tuẽtur,
Pandrosos, atque Herse. Timidas vocat una sorores
Aglauros, nodosq; manu deducit, & intus
Infantemq; vident, exporrectumq; Draconem.

Vt hæc fabula, siue Historia festiuâ pompâ repræsentaretur, Virgines arcana in cistis orgia gestabant, in memoriam secreti, quod Pallas natis Cecrope commisit. Sed Pausanias longè discrepat ab Ouidio: narrat enim Athenis esse lucum Aglauri; eique & Herse, & Pandroso sororibus à Mineruâ datum Erichthonium cistæ inclusum, vetitumque ne depositum viderent. Pandrosonverò solam mandata seruasse, atque ideo contiguam Mineruæ templo domum obtinuisse. Herse autem, & Aglauron, quod cistam resignassent in furorem actas, è prærupto arcis loco in præceps se dedisse. Quamcumque verò fabulæ partem admittamus nihil interest: nam Pandrosonn & Aglauron, quamuis violati commissi reas fuisse, diuinis honoribus affectas memoriæ prodidit Athenagoras. *Quin etiam Aglauro Athenienses, & Pandroso ludos faciunt, ac sacrificia, tametsi & piaculum in hoc feciſſe iudicatæ fuerint ipsæ, quod arcam reserarint.* Cæterum Virgines sacrorum administræ vocantur Ἀρρηφόροι. Hæ numero quatuor ex nobilitate designabantur: quarum duæ

duæ ad ordiendam Palladij Pepli texturam electę, candidâ, vel etiam aureâ veste ornabantur. Harpocration: Τέσσαρες μὲν ἐχειροτονῦντο δι' ἀξιώσεως Ἀρρηφόροι· δύο δὲ ἐκρίνοντο, αἱ τὸ ὑφῆς τὸ πέπλου ἤρχον καὶ τῶν ἄλλων τῶν περὶ αὐτόν. λευκὴν δὲ ἐσθῆτα ἐφόρουν· καὶ εἰ χρυσία περίθεντο, ἱερὰ ταῦτα ἐνόμιζον. *Quatuor quidem designabantur ex nobilitate* Ἀρρηφόροι. *Duæ vero seligebantur, quæ texturam Pepli ordiebantur, & alia ad illum pertinentia. Albam vestem ferebant; & si aurea ponebantur, sacra illa fiebant.* Eadem ipsa totidem propè verbis apud Hesychium, & Suidam reperiuntur. In Etymologico nonnulla particulatim afferũtur, quorum illi non meminerunt: Ἀρρηφορεῖν τὸ χρυσοῦν ἐσθῆτα φορεῖν καὶ χρυσία· τέσσαρες δὲ παῖδες ἐχειροτονῦντο κατ' ἀξίωσιν Ἀρρηφόροι, ἀπὸ ἐτῶν ἑπτὰ, μέχρις ἑνδεκα· τούτων δὲ δύο διεκρίνοντο, οἱ μὲν τῆς τοῦ ἱεροῦ πέπλου ἤρχοντο, καὶ τῶν ἄλλων τῶν περὶ αὐτόν· λευκὴν δὲ ἐσθῆτα ἐφόρουν· καὶ χρυσία. Eadem omnino traduntur in veteri Lexico; quæ differunt ab aliis, quod hîc non Virgines, sed Pueros, & quidem ab anno septimo ætatis ad vndecimum eligi prodatur; quorum duo sacri Pepli texturam ordiantur.

ΑΡΚΑΔΙΚΗ ΕΟΡΤΗ.

ARcadicum festum memorat Scholiastes Theocriti ad Idyllium 7. in quo Pueri

Pana squillis soliti sint verberare. Ἑορτή, φασιν, ἐπιλεῖτο ἐν τῇ Ἀρκαδίᾳ ἐν ᾗ οἱ Παῖδες τὸν Πᾶνα σκίλλαις ἔτυπτον, ὅτι οἱ Χορηγοὶ λεπτὸν ἱερεῖον ἔθυον, καὶ μὴ ἱκανὸν τοῖς ἐσθίουσι. *Festum vt aiunt, celebrabatur in Arcadiâ, in quo Pueri Pana squillis verberabant, quando choragus tenuem victimam immolabat, nec edentibus sufficientem.* Et paulò post aliud ex Munato adfert: Μύναται δέ φησιν ἑορτὴν Ἀρκαδικὴν εἶναι· ἐν ᾗ οἱ Παίονες τὸν Πᾶνα σκίλλαις βάλλουσι· Χίοι δέ, ὅταν οἱ Χορηγοὶ λεπτὸν ἱερεῖον θύσωσι, καὶ μὴ ἱκανὸν τοῖς ἐσθίουσι. *Munatus verò ait festum Arcadicum esse, in quo Paones Pana squillis impetunt: Chij autem hoc faciunt, quando Choragi tenuem hostiam sacrificassent, & epulantibus non sufficientem.* Atque huc respexit Theocritus:

Κ'ἰὼ μὰ ταῦτ' ἔρδοις, ὦ Πᾶν φίλε, μὴ τύ τι παῖδες
Ἀρκαδικοὶ σκίλλαισιν ἰὼ πολυρράφε, κὠμυς,
Ταυίκα μαιόμενον ὅτι κρέα τυτθὰ παρείη.

Hæc mihi si præstes, Pan optime, ne tibi rursus
Arcadici scillis pueri tergumq; latusq;
Sollicitent, prædæ si spes frustrarit opimæ.

Quamuis hæc aliter explicari possint. Panem venationis præsidem Arcades obseruarunt; eumque singulari cultu prosequebantur, si ex animi sententiâ venatus euenisset; si contra accidisset, squillis excipiebant: οἱ Ἀρκάδες ὅτε μὲν θήραν ἐξίοντες, εἰ μὲν εὐθηρίας ἔτυχον, ἐτίμων τὸν Πᾶνα. εἰ δὲ τἀναντίον, σκίλλαις εἰς αὐτὸν παρῴνουν, παρόσον ὠρίων

ὡρίων τῆς θήρας ἕνεκα. *Arcades ad venationem prodeuntes, siquidem felicem capturam nacti erãt, Panа honorabant; sin minus, scillis in eum sæuiebant, quatenus tempestati venationis præest.* En ludum superstitionis: hîc Deus vapulat. In Deliis ara pulsatur. Benigniores tamen hi erga seipsos, quam qui in suum ipsorum tergum sæuiebant; vt Aleæ mulieres cum Scieæum Bacchi festum celebrarent: & apud Spartanos Ephœbi cùm Orthiæ Dianę facerent. Author est Pausanias in Arcadicis.

ΑΡΤΕΜΙΣΙΑ.

Ἀρτεμίσια Dianæ, (quam Græci Ἄρτεμιν vocant) festum esse memorię prodidit Pollux lib. 1. cap. 1. Præcipuè celebrarunt Cyrenæi. Athenæus libro 12. Ἀρτεμίσια, μεγίστη ἐν Κυρήνῃ ἑορτή. *Artemisia maximum Cyrenæ festum.* Eadem apud Delphos solennitas, in quâ Deæ Venatrici mullum sacrificabant. Athenæus libro 7. Ἡγήσανδρος ὁ Δελφὸς τρίγλην ἀποδοκιμάζειν ἐν τοῖς Ἀρτεμισίοις, διὰ τὸ δοκεῖν τὰς θηλαστίδας λαγῶς ναυσιμους ὄντας θηρεύειν ἀπιμελῶς, καὶ καταναλίσκειν. Ὅπερ ἐπ' ὀφελείᾳ τῶν ἀνθρώπων τοῦτο ποιοῦσι τῇ κυνηγετικῇ θεῷ ἡ κυνηγέτις ἀνακειται. *Hegesander Delphus in Dianæ festis mullum offerri ideo scribit, quia illum existiment venenatum, & mortiferum le-*

porem marinum venari, ac conficere. Quare cùm salutis hominum causâ id faciat, Venatrici Deæ venator mullus dicatur.

Ἀ Σ Κ Λ Η Π Ι Α.

SIc vocant Æsculapij festum. Pollux libro 1. cap. 1. Ipsi etiam Agones Ἀσκλήπια dicuntur in antiquis inscriptionibus Smetij paginâ 314. Et paginâ 415. fit mentio, ΤΩΝ ΙΕΡΩΝ ΑΓΩΝΩΝ ΤΩΝ ΜΕΓΑΛΩΝ ΑΣΚΛΗΠΙΩΝ. *Sacrorum certaminum magnorum Asclepiorum.*

Ἀ Σ Κ Ω Ἀ Λ Ι Α.

AScolia Rustici Athenienses in honorem Bacchi celebrarunt, sic Ἀπὸ τοῦ ἀσκοῦ, id est, *ab vtre* nuncupata. Nam cum, *victimæ numinibus aut per similitudinem, vt inquit Seruius in 2. Georgicorum, aut per contrarietatem immolētur*, Caper qui obest vitibus, ceu grata hostia, Libero sacrificatur. Phornutus: Τὸν δὲ τράγον αὐτῷ θύεσι διὰ τὸ λυμαντικὸν δοκεῖν τῶν ἀμπέλων. *Hircum ipsi immolant, quia noxium vitibus animal est.* Hinc versus Eueni:

Κλῦ με φάγης ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔλι καρποφορήσω,
Ὅσον ἐπιστεῖσαί σοι, τράγε, θυομένῳ.
Etsi me roseris ad radicem, tamen adhuc feram
Quantū libari in te, Hirce, possit, sacrificatū.

Quos

Quos in Domitianum fuisse detortos author est Suetonius cap. 14. Et quo inuisum Baccho animal peius tractarent, *& vt Seruius ait, ne quid ex eo esset, quod non sentiret iniuriam*, pellem detrahebant, atque inflabant, in quam sublimi saltu iuuenes se librabant: ac ne spectaculũ risu careret, vnguine lubricabant, vt præcipiti magis lapsu in terram gliscerent. Suidas: Ἑορτὴν οἱ Ἀθηναῖοι ἦγον τὰ Ἀσκώλια, ἐν ᾗ ἤλλοντο τοῖς ἄσκοις αἰγείοις, εἰς τιμὴν τοῦ Διονύσου. *Festum Athenienses agebant Ascolia, in quo vtribus caprinis insiliebant in honorem Bacchi.* Scholiastes Aristophanis in Pluto: Κυρίως δὲ ἀσκωλιάζειν ἔλεγον τὸ ἅπτι τῶν ἀσκῶν ἅλλεσθαι, ἕνεκα τοῦ γέλωτα ποιεῖν· ἐν μέσῳ δὲ τοῦ θεάτρου ἐτίθεντο ἀσκοὺς πεφυσημένους, καὶ ἀλειμμένους, εἰς οὓς ἀναλλόμενοι ἐνωλίσθαινον, καθάπερ Εὔβουλός φησι. *Propriè ἀσκωλιάζειν dicebant in vtres insilire ad mouendũ risum. In medio autem Theatri ponebant vtres inflatos, & inunctos, in quos insilientes labebantur, quemadmodum Eubulus ait.* Verba Eubuli sunt: Καὶ πρόσχε τοῦτο ἀσκὸν εἰς μέσον καταθέντες εἰσάλλεσθε, καὶ καγχάζετε ἅπτι τῆς καταῤῥέσεως. *Ad hæc, vtrem in medio statuentes insultate, & ridete labentes.* Vno tantum pede in vtrem saltabant. Pollux libro 2. Ἀσκωλιάζειν ἔλεγον τὸ τῷ ἑτέρῳ ποδὶ ἅλλεσθαι. Hesychius: Ἀσκωλίζοντες· ἐφ' ἑνὸς ποδὸς ἀλλόμενοι. *vno pede saltantes.* Eustathius ad Odyss. κ. Ἀσκωλιάζειν ὅπερ ἐστὶ κατὰ κυ-

ριολεξίαν μὲν ἐν ἀσκῷ λιάζειν, ὦ πεφυσημένῳ ἐμπηδῶντες οἱ βαλόμενοι ἐν ταῖς ἑορτῇ, οὐκ ἀμφοῖν ποδοῖν ἀλλὰ ἑνὶ, καὶ ὡς εἰκὸς, οὐκ ὀρθοχοδοῦντες, ἀλλὰ πολλάκις καταπίπτοντες ὑπερεκύπτων γέλωτα τοῖς θεωμένοις. Ἀσκωλιάζειν *est secundum dictionis proprietatem in vtre labi, cui inflato insilientes, qui volebant in festo aliquo, non ambobus pedibus, sed vno, &, vt verosimile est, non rectè consistentes, sed interdum cadentes, spectantibus risum mouebant.* Tzetzes ad Hesiodi ἔργα: ἐχώρουν δὲ τὰ Ἀσκώλια οὕτως· Ἀσκὸς πεφυσημένος ἱδρύοντες ἐπὶ γῆς, ἑνὶ ποδὶ ἐφαλλόμενοι ἄνωθεν τούτων ἐφέροντο, καὶ πολλάκις καταλιθαίνοντες εἰς γῆν ἔπιπτον· τοῦτο δὲ ἐποίουν, τιμῶντες τὸν Διόνυσον· ὁ δὲ ἀσκὸς δέρμα τράγου ἐστίν· ὁ δὲ τράγος τὰς θαλλὰς τῶν ἀμπέλων τρώγων λυμαίνεται. *Fiebant Ascolia in hunc modum; inflatos vtres in terrâ statuentes, vnoque de saltantes in illos ex superiore loco ferebantur, & sæpe labentes in terram cadebant. Hoc verò faciebant in honorem Bacchi. Vter enim hirci pellis est. Hircus germina vitis rodens lædit.* Virgilius elegantissimè sacrificij causam, & Festi ritum describit 2. Georg.

Quantum illi nocuere greges, duriq; venenum
Dentis, & admorso signata in stirpe cicatrix.
Non aliam ob culpã Baccho Caper omnibus aris
Cæditur; & veteres ineunt proscenia ludi;
Præmiaq; ingentes pagos, & compita circum
Thesidæ posuere: atque inter pocula lati

Molli-

Mollibus in pratis unctos saluere per vtres.

Quod per compita, & pagos Virgilius, hoc per κωμὰς, id est, vicos fieri Phornutus scribit: εἰς τὸν ἀσκὸν ἐκβάλλοντας, καὶ τὰς Ἀθηναίας κωμὰς οἱ γεωργῶν νεάνισκοι. *In vtres librantur per Atticos vicos Agricolarum iuuenes.*

BENDIDEIA.

DIanam Thraces Βένδιν appellarunt, eique festum Βενδιδείων instituerunt affine Bacchanalibus. Strabo *libro 9.* Τοῖς Διονυσίοις ἔοικε καὶ τὰ ᾠδὰ τοῖς θεραξὶ τάπε Κοτύττια, καὶ τὰ Βενδίδεια, παρ' οἷς καὶ τὰ Ὀρφικὰ τὴν καταρχὴν ἔσχεν. *Bacchanalibus affinia sunt apud Thraces Cotyttia, & Bendideia, à quibus & Orphica originem sumpserunt.* Athenienses, gens superstitioni maximè obnoxia, veriti ne quis Deorum se negligi quereretur, etiam Barbarorum ritus accersiuerunt, vt in hoc festo Proclus ostendit libro 1. in Timæum Platonis. Et Athenienſibus obseruatam fuisse solēnitatem Hesychius docet: Βένδις (Palephotus Βενδείαν appellat) ἡ Ἄρτεμις θρᾳκιστὶ· ᾠδὴ δὲ Ἀθηναίοις ἑορτὴ Βενδίδεια. *Bendis Thracum linguâ, est Diana: apud Athenienses festum Bendidcia.* Celebrabantur autē Bendideia in Pyræo vige-

simâ

simâ mensis Thargelionis, idque ante Panathenæa. Proclus loco iam citato: ὅτι γε μὴν τὰ Παναθήναια τοῖς Βενδιδείοις ἕπεται, λέγουσιν οἱ ὑπομνηματίζοντες· καὶ Ἀριστοτέλης ὁ Ῥόδιος ἱστορεῖ· τὰ μὲν ἐν Πειραιεῖ Βενδίδεια τῇ εἰκάδι τοῦ Θαργηλιῶνος ἐπιτελεῖσθαι, ἕπεσθαι δὲ τὰς περὶ Ἀθήνας ἑορτάς. *Panathenaeis Bendideia præmitti aiunt commentatores. & refert Aristoteles Rhodius: Bendideia quidem in Pyræo vigesimâ Thargelionis peragi, subsequi verò Mineruæ solennitates.*

ΒΟΗΔΡΟΜΙΑ.

Βοηδρόμια nomen habent ἀπὸ τοῦ Βοηδρομεῖν, quod teste Hesychio, & Suida est μετὰ σπουδῆς προσγίνεσθαι, *cum diligentiâ adesse*, aut potius sublato clamore, vt in pugnâ fieri solet, succurrere. Festi causam Athenienſibus dedit Ion, qui illis auxilio venit, cum ab Eumolpo inuaderentur. Harpocration: Βοηδρόμια, Ἑορτή τις Ἀθήνησιν οὕτω καλουμένη, ἣν φησι Φιλόχορος ἐν δευτέρᾳ νενομίσθαι, ἐπειδὴ Ἴων ὁ Ξούθου βοήθησε σπουδῇ πολεμουμένοις Ἀθηναίοις ὑπὸ Εὐμόλπου τοῦ Ποσειδῶνος, Ἐρεχθέως βασιλεύοντος· Βοηδρομεῖν γάρ, τὸ βοηθεῖν ὀνομάζετο, τοῦτέστιν ἐπὶ μάχῃ δραμεῖν. *Boedromia, festum Athenis ita vocatum: quod Philochorus ait institutum fuisse, postquam Ion Xuthi filius cum festinatione Athenienſibus auxilium tulit, quando*

do Eumolpus Neptuni filius, regnante Erechtheo illis bellum inferebat. Nam Βοηδρομεῖν *dicebāt auxiliari, hoc est ad pugnam currere.* Suidas dum ista exscriberet, se indiligenter habuit, quod Xuthum Athenienſibus auxilio veniſſe narrat. Ἐ'στὶ δὲ Βοηδρόμια ἑορτή τις Ἀθήνησι καλουμένη, καθ' ἣν ἡμέραν ἐβοήθησεν ὁ Ξοῦθος πολλῇ σπουδῇ πολεμουμένοις Ἀθηναίοις ὑπὸ Εὐμόλπου τοῦ Ποσειδῶνος Ἐρεχθεῖ τότε τῶν Ἀθηνῶν βασιλεύοντι. Fortè legendum, Ἴωνος ὁ Ξοῦθος. Neque enim Xuthum, ſed Ionem Athenienſibus ſuppetias tuliſſe ſcribit quoque Pauſanias in Atticis: Et Ariſtides in Eleuſinâ, Ἴωνα Ἀθήναζε ἐβοήθησεν. *Ion Athenas auxilio venit.* At Plutarchus *in Theſeo*, feſti cauſam à bello contra Amazonas geſto deducit, quod eas Theſeus menſe Βοηδρομιῶνος, facta Apollini re diuinâ, profligaſſet, vnde & Βοηδρόμιον Ἀπόλλωνα coluerunt. Verba Plutarchi ſunt: Ἡ μὲν οὖν μάχη Βοηδρομιῶνος ἐγένετο μηνός, ἐφ' ᾗ τὰ Βοηδρόμια μέχρι νυῦ Ἀθηναῖοι ἄγουσιν. *Commiſſa menſe Boedromione pugna eſt; cuius causâ in hunc vſq; diem Athenienſes* Βοηδρόμια *peragunt.* Callimachus in Hymno Apollinis:

Ὦ Ἄπολλον, πολλοί σε Βοηδρόμιον καλέουσι.

Phœbe Boedromium quidam te nomine dicunt.

BOY-

BOTΦÓNIA.

Βουφόνια à cæde Bouis dicta, inter antiquissima Athenienſium feſta recenſet Ariſtophanes in nebulis: quo loco Scholiaſtes & tẽpus, & originem exponit: Βουφόνια παλαιὰ ἑορτὴ· ἣν φασιν ἀγεσθαι μετὰ τὰ μυστήρια, ὅτε καὶ βοῦν θύουσιν εἰς ὑπόμνησιν τοῦ πρώτου φονευθέντος βοὸς, ἐν Ἀκροπόλει, ἁψαμένου τοῦ πελανοῦ ἐν τῇ ἑορτῇ τῶν Διονυσίων. *Buphonia antiquum feſtum, quod agi dicunt poſt myſteria, quando & Bouẽ immolant in memoriam Bouis primùm occiſi in arce, qui molam attigerat in feſto Bacchanalium.* Verùm apud eundem Authorem Androtion, in Diipoliis, non in Bacchanalibus voratam à Boue molam tradit. Ἑορτὴ, inquit, πάνυ ἀρχαία· ἐν γὰρ τοῖς Διιπολίοις φασὶ βοῦν τὸ πόπανον καταφαγεῖν τὸ προσκυσαμένου πρὸς τὴν θυσίαν· βαύλωνα δέ τινα, ὡς εἶχε, τῷ πελέκει ἀποκτεῖναι τὸν βοῦν. *Feſtum Athenienſium omnino vetuſtum. nam in Diipoliis aiunt Bouẽ placentam, ſiue libum deuoraſſe ſacrificio præparatum: Baulonem verò quendam ſecuri bouem occidiſſe.* Heſychius: Βουφόνια ἑορτὴ Ἀθήνησιν· ἐν γὰρ τοῖς Διιπολείοις φασὶν βοῦν καταφαγεῖν τὸ προσκυσαμένου πόπανον τῇ θυσίᾳ, οἷον πλακόεντον ἐξ ἄρτου. *Buphonia feſtum Athenis: nam in Diipolis aiunt Bouem deuoraſſe libum ſacrificio paratum, id eſt, pla-*

placentam ex pane. Androtionis verba sublegit Suidas; nisi quod corruptè Θαύλωνα, pro Βαύλωνα, vulgati codices habeant. Pausanias in Atticis addit interfectorem bouis aufugisse confestim, & reliquisse bipennem, quę in iudicium vocata fuerit, & absolutam; idque in ritum abiisse cæremoniarum. Ἀθηναίων βασιλεύοντος Ἐρεχθέως τότε πρῶτον βοῦν ἔκτεινεν ὁ Βούφονος ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τοῦ Πολιέως Διὸς· καὶ ὁ μὲν ἀπολίπων ταύτην τὴν πελέκεων ἀπῆλθεν ἐκ τῆς χώρας φεύγων· ὁ δὲ πέλεκυς ἀφείθη κριθεὶς· καὶ ἐς τόδε αὐτὰ πᾶν ἐτος κρίνεται. *Erechtheo Athenien sibus imperante, bouem sacerdos, qui Buphonus dicitur, ad Poliei Iouis ara occidit, statimq; relicta bipenni è finibus excessit. Bipennis iudicio absoluta est. & in hunc usq; diem quotannis iudicatur.* At Ælianus libro 8. variarum, capite 3. singulis ordine iudicatis, ensem, siue bipennem condemnari tradit. Ex his præstãda lux est Plutarchi loco è libro de Solertiâ animalium; vbi ait, Bouem interitus ipsum sibi causam extitisse. Quamuis in re tam clarâ, nescio, cur velut anceps, Bouem aut Suem nominet. Καὶ βοῦς τις, ἢ σῦς αἰτίαν ἔσχε προκειμένων ἱερῶν γλυπτῶν, ὅτι τὸ δρᾶν. *Et bos, aut sus, quod proposita sibi sacra gustasset, causam suæ necis præbuit.* Igitur Buphonia huius facti imitationem continebant: quocirca molam inobseruatam relinquebant; quæ ex hordeo, aliisq; se-

seminibus confecta, gulam animalis naturâ suâ auidi prouocare poterant. Pausanias: Τοῦ Διὸς τῦ Πολιέως κριθὰς καταθέντες ἔπὶ τὸν βωμὸν μεμιγμένας πυροῖς ἀδεμίαν ἔχουσι φυλακήν· ὁ βοῦς δὲ, ὃν εἰς τὴν θυσίαν ἑτοιμάσαντες φυλάσσουσι, ἅπτεται τῦ σπερμάτων φοιτῶν ἔπὶ τὸν βωμὸν. καλοῦσι δέ τινα τῦ ἱερέων Βουφόνον· κἀπὶ τούτῳ τὸν πέλεκυν ῥίπτουσι (οὕτω γὰρ ἔστιν ὁ νόμος) οἴκεται φεύγων. *Positum in Iouis Poliei aræ hordeum frumento permixtum nullâ custodiâ seruatur. Bos autē, quem sacrificio destinatū habent, semina contingit ad aram accedens. Inter sacerdotes quendam vocant* Βουφόνον, *& is proiectâ securi (hæc enim illi data lex) fugâ se proripit.* At curis qui Bouem licet sacra violantem occiderat, solum vertere debuerit: ratio fortassis est, quod antiquissimo Athenienſium instituto Bouem quemcumque mactari nefas esset; quod subsecutæ leges ad aratorios restrinxerunt. Ælianus *libro 5. variarum, cap. 14.* Βοῦν δρέπτω, καὶ ἕνα ζυγὸν πονήσαντα σὺν ἀρότρῳ, ἢ καὶ σὺν τῇ ἁμάξῃ, μηδὲ τοῦτον θύειν, ὅτι καὶ ἔστιν εἷς αὖ γεωργὸς, καὶ τῦ ἀνθρώπου καμάτων κοινωνός. Hoc est, *Bouem aratorem, qui iugum trahit, vel cum aratro, vel cum plaustro ne mactes, quoniam ille etiam agricola est, & humano generi laborum socius.* Plinius libro 8. capite 45. non absimili obseruantiâ scribit habitos à Romanis Boues: *Socium enim laboris, agrique culturæ habemus hoc animal, tantæ apud priores*

curæ,

curæ, vt sit inter exempla damnatus à Populo Romano, die dictâ, qui concubino procaci, rure omasum edisse se negante occiderit Bouē, actus q; in exilium, tanquam colono suo interempto. Igitur percussor Bouis in exiliū abiit, relictâ securi; quam in ius vocatam Prytaneis absoluerunt, quod iure cæsus videretur, qui sacras Deo fruges absumpsisset. Atque hinc mos inualuit, vt contra res inanimatas in Prytanæo iudicia exercerentur. Pausanias *in Atticis:* Τὸ δὲ ἐν Πρυτανείῳ καλούμενον, ἔνθα τῷ σιδήρῳ, καὶ πᾶσιν ὁμοίως τοῖς ἀψύχοις δικάζουσιν· ὅτι τῷδε ἄρξασθαι νομίζω. &c. *In Prytanæo de ferro, aliis q; inanimis iudicium fit: cuius rei hoc initium fuisse arbitror.* Deinde pergit narrare ea, quę superiùs à me posita sunt. Illud ipsum in Βαφονίοις solenni ritu exhibebant, quod clarè indicat Pausanias, cùm ait, Καὶ ἐς τόδε αἰεὶ πᾶν ἔτος χρίνεται, *& in hunc vsque diem quotannis iudicatur.*

ΒΡΑΥΡΩΝΙΑ.

BRauron Atticæ vicus est: Sic Aristophanis interpres, Hesychius, Suidas; à quibus dicitur πόλις τῆς Ἀττικῆς, τόπος τῆς Ἀττικῆς. Hunc Diana fertur terris magis omnibus vnum coluisse. Vnde apud Athenæum libro 6. Diphilus in Ἑλινοφορβοῖ:

Ω' τήνδ' ἐποπτεύουσα, καὶ κεκτημένη
Βραυρῶνι ἱερᾶ θεοφιλέστατον τόπον
Λητοῦς Διός τε τοξόδαμνε παρθένε,
O Diua tutelaris, quæ tenes
Brauronis sacri Deo gratissimum locum,
Latonæ, Iouisq; potens arcu Virgo.

Auxit venerationem loco simulachrum Dianę vetustissimum, quod ab Iphigeniâ redeunte è Tauris ibi relictum ad Xerxis vsque tempora seruarunt. Pausanias in Atticis: Ἔνθα Ἰφιγένειαν τὴν Ἀγαμέμνονος ἐκ Ταύρων φεύγουσαν τὸ ἄγαλμα ἀγομένην τῆς Ἀρτέμιδος, ἀποβλῶσαι λέγουσιν· καταλιπεῖν δὲ τὸ ἄγαλμα ταύτῃ, καὶ εἰς Ἀθήνας, ὕστερον εἰς Ἄργος ἀφικέσθαι· ξόανον μὲν δὴ αὐτόθι ἐστὶν Ἀρτέμιδος ἀρχαῖον. *Illuc (Brauronem) Iphigeniam Agamemnonis filiam è Tauris fugientem cum simulachro Dianæ appulisse dicunt: eamq; relicto ibi simulachro, Athenas, & postremo Argos deuenisse. Statua verò ibidem est antiqua.* Xerxem abstulisse idem refert in Arcadicis: Βασιλέατε τῶν Περσῶν Ξέρξην τὸν Δαρείου, χωρὶς ὅσα ἐξεκόμισε τῶν Ἀθηναίων ἄστεως, τοῦτο μὲν ἐκ Βραύρωνος ἄγαλμα ἴσμεν τῆς Βραυρωνίας λαβόντα Ἀρτέμιδος. *Regem Persarũ Xerxem, Darÿ filium, præter ea, quæ ex Athenienſium vrbe abstulit, illud quidem ex Brauronе simulachrum scimus Brauroniæ accepisse Dianæ.* Igitur ab eodem loco Dianam Brauroniam cognominarunt. Stephanus: Βραύρων δῆμος τῆς

τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ Βραύρωνος καὶ Ἥρωος, ἀφ' οὗ καὶ Βραυρωνία ἡ Ἄρτεμις. *Brauron Populus Atticæ, à Brauro ne Heroe, vnde & Brauronia Diana.* Cui etiam festum dicarunt Βραυρωνίων; in quibus Ilias à Poëtis decantabatur, & Dianæ capta immolabatur. Hesychius: Βραυρωνίοις τὴν Ἰλιάδα ἦδον οἱ Ῥαψῳδοὶ ἐν Βραύρωνι τῆς Ἀττικῆς· καὶ Βραυρώνια, ἑορτὴ Ἀρτέμιδι Βραυρωνία ἄγεται, καὶ θύεται αἴξ. *Brauroniis Iliada Rhapsodi cantabant in Brauronæ Atticæ pago. Et Brauronia, festum Dianæ Brauroniæ, aguntur, & sacrificatur capra.* Virgines Athenienses ante nuptiarum tempus his sacris initiari necessum erat. Quippe decreto cautum erat, ne qua viro puella traderetur, nisi Dianę prius consecrata fuisset. Cuius rei causã prolixè narrat Suidas: Ἐν Βραυρωνίοις ἀρκτεύσασαι γυναῖκες τῇ Ἀρτέμιδι ἑορτὴν ἔτελεν, κροκωτὸν ἡμφιεσμέναι, οὔτε πρεσβύτιδες ἐτῶν, οὔτε ἐλάττους ἑπτὰ μειλιασόμεναι τὴν θεόν· ἐπεὶ δὲ Ἄρκτος ἀγρία ἐπιφοιτῶσα διετέλεσεν ἐν τῷ δήμῳ Φλαυίδων· καὶ ἡμερωθεῖσα αὐτὴ τοῖς ἀνθρώποις σωτήροφον γέγονε· παρθένον δέ τινα πρεσβυτέραν ἀνῃρέθη· ἀσελγαινούσης τῆς παιδίσκης, παροξυνθεῖσα τὴν Ἄρκτον, καὶ καταξέσασα τῆς παρθένου· ἐφ' ᾧ ὀργισθέντας τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῆς καταφονεῦσαι τὴν Ἄρκτον· καὶ διὰ τοῦτο λοιμώδη νόσον τοῖς Ἀθηναίοις ἐμπεσεῖν· χρησηριαζομένοις δὲ τοῖς Ἀθηναίοις, εἶπε λύσιν τῶν κακῶν ἔσεσθαι, εἰ τῆς τελευτησάσης Ἄρκτου τινὰς ἀρκτεύσωσι τὰς ἑαυτῶν παρθένους ἀναγκάσασι· καὶ ἐψη-

φάσκοντο οἱ Ἀθηναῖοι μὴ πρότερον συνοικίζεσθαι ἀνδρὶ παρθένον, εἰ μὴ ἄρκτεύσαι τῇ θεῷ. *In Brauroniis sacrata faminæ Dianæ festum peragunt, Crocotam indutæ, neque decimo ætatis anno grandiores neq; quinto minores. Quippe vrsam aiunt ita mansuefactam, vt in populo Phlauidarum versaretur familiariter, & hominibus compasceretur. Virginem vero quandam cum illa lasciuiusculè lusisse: quæ irritata puellam discerpsit. quo facto fratres eius exacerbatos, vrsam iaculis confeciisse. ex qua causa pestilentem morbum Athenienſibus incubuisse. Quibus oraculum consulentibus, respondit Deus finem mali futurum, si virginum nonnullas compellerent, in vrsæ peremptæ honorem, Dianæ consecrari. & decreto sanxerunt Athenienses, ne qua viro puella cohabitaret, nisi quæ prius Deæ consecrata fuisset.* Atque hunc in morem Dianæ consecrari, ab Ἄρκτῳ, id est, vrsâ, vocant Ἀρκτεύειν. Pollux libro 5. cap. 12. Ἄρκτεύεσθαι δὲ τὰς παρθένους ἔλεγον ὁ Δῆμος καὶ Ἀττικός. Hesychius: Ἄρκτοῦσαι, τὸ καθιεροῦσθαι τὰς παρθένους τῇ Ἀρτέμιδι τῇ μυνυχίᾳ, ἢ τῇ Βραυρωνίᾳ. Quæ totidem verbis extant apud Harpocrationem, & Suidam; qui in testimonium adducunt Euripidis Hypsiphilen, & Aristophanis Lemnias, atque Lysistratam. Euripidis Hypsiphilen, & Aristophanis Lemnias æui longinqua vetustas nobis inuidit. Locus ex Lysistratâ, ni fallor, est iste. Quem eo libentiùs

tius in medium profero, quod vsum Crocotæ ostendat, cuius mentionem Suidas facit.

Εἶτ' ἀλήτρις ἡ δεκετὶς
Οὖσά τ' Ἀρχηγέτις
Καταχέουσι κροκωτὸν Ἄρκτος ἐν Βραυρωνίοις.

Deinde molitrix decennis
Existens dux,
Induta Crocotulam vrsa cram in Brauroniis.

Hinc discimus ipsas etiam Virgines Dianæ sacras Ἄρκτους vocari. Harpocration: Αἱ ἀρκτεύομεναι παρθένοι, Ἄρκτοι καλοῦνται. Suidas: Καὶ γὰρ αἱ Ἀρκτευόμεναι, παρθένοι καλοῦνται: ex Hesychio restituendus; Καὶ γὰρ αἱ ἀρκτεύομεναι παρθένοι, Ἄρκτοι καλοῦνται. Ipsa initiatio dicitur Ἀρκτεία. Hesych. Ἀρκτεία, ἡ τῶν ἀρκτευομένων παρθένων τελετή. Præterea dixit Aristophanes Δεκετὶς. nam maiores decennio à sacris arcebantur: vnde δεκατεύειν idem est, quod ἀρκτεύειν Harpocration: Τὸ ἀρκτεῦσαι, δεκατεῦσαι εἴρηκεν ὁ Ῥήτωρ, ἐπειδὴ αἱ δεκέτιδες ἤρκτευον. Hesychius: Ἔλεγον δὲ καὶ τὸ ἀρκτεύειν, δεκατεύειν, ἐπεὶ ἔστρωτον αὐτὸ αἱ παρθένοι περὶ τὸν δεκαετῆ χρόνον οὖσαι. Ἀρκτεύειν *dicebant etiam* Δεκατεύειν, *quoniam hoc Virgines faciebant quæ ætatem decem annorum attigerant.* Atque ex his constat falsum fuisse interpretem Herodoti lib. 7. vbi refert Athenienſium puellas à Pelasgis raptas cum Brauronia celebrarent: Ἐλόχησαν, Ἀρτέμιδι ἐν Βραύρωνι ἀγάσσας ἑορτὴν τὴν τῶν Ἀθηναίων γυναῖ-

χας: ἐνθεῦθεν ἁρπάσαντες τεκέων πολλὰς, οἴκοι δοτοὶ ἐγένοντο. *Insidias collocarunt Athenienſium vxoribus diem feſtum Dianæ ad Brauronem agitantibus, permultis q; earum raptis abierunt.* Siquidem ibi de Brauroniis agitur, non poſſunt per τὰ γυναῖκας Ἀθηναίων, intelligi, *vxores Athenienſium*, cùm ab illis arceantur, & Virgines, eaque decennibus haud maiores tantùm admittantur. Quæ cùm virginitatis pertæſæ nubere vellent, ad auertendam Dianæ iram, καταφέρια celebrare ſolebant: de quibus ordine ſuo agemus.

ΓΑΜΗΛΙΑ.

PRimus apud Athenienſes Cecrops matrimonij coniunctionem inſtituit; vnde eum διφυῆ nominare cœperunt, vt apud Euſtathium ad Odyſſ. Σ. docet Charax. Et mẽſem quo nuptias celebrarunt, Γαμηλιῶνα nũcuparunt, cui Iunonem Γαμηλίαν præeſſe crediderunt. Huic etiam ante nuptias ſacra faciebant nupturæ, quæ προτέλεια, καὶ προγάμια, καὶ Ἡραΐτελεια dicebantur; eò quod Heram, id eſt Iunonem, ſibi in primis placatam reddere ſtuderẽt. In Etymologico, non tantùm Iunoni, ſed Veneri quoq;, & Gratiis litaſſe nupturas animad-

uerſum

uerſum eſt: οἱ δέ φασιν γαμηλίαν θυσίαν, ἣν ἔθυον τοῖς δημόταις οἱ εἰς τὰς ἐφηβείας ἐγγραφόμενοι, καὶ μέλλοντες γαμεῖν· ἐγίνετο δὲ ἡ θυσία Ἥρᾳ, καὶ Ἀφροδίτῃ, καὶ χάρισι. *Quidam aiunt Gameliam eſſe ſacrificium, quod inter Populares faciebant, qui Ephœbis adſcriberentur, aut nuptias celebraturi eſſent. Fiebat autem ſacrificium, Iunoni, & Veneri, & Gratiis.* Apud alios tamen hāc inuenio diſtinctionem; ſacrificium dici γαμήλια; Donum verò quod in cauſam epularum Tribulibus pendebatur, γαμηλίαν appellari. vnde ſæpius apud Demoſthenem, γαμηλίαν εἰσενεγκεῖν, id eſt, *nuptiale munus inferre:* quod annotauit etiam Pollux lib. 3. & libro 8. Didymus apud Harpocrationem, Ἐν μὲν τῇ Ἰσαίᾳ ὑπομνήμασί φησιν εἶναι τὴν γαμηλίαν τοῖς φράτερσιν ὑπὲρ γάμοις διδομένην. Nuptiale donum inferebatur, cùm ipſa mulier ad tribules inſcribendi cauſa duceretur. hinc ipſam inductionem, inſcriptionemque γαμηλίαν quoq; dici, ex commentario Didymi in Demoſthenem refert Harpocration, & ex eo Suidas: γαμηλίαν φησὶν εἶναι τὴν εἰς τοὺς φράτερας εἰσαγωγὴν τῶν γυναικῶν. Vlpianus ad eiuſdem Oratoris prouocationem contra Eubuliden, ait nuptiale donum vocari γαμηλίαν; inductionem verò ad Tribules γαμηγίαν. Γαμηλία, ἡ διδομένη τοῖς φράτερσιν ὑπὲρ γάμοις δωρεά· Γαμηγία ἡ τῶν γυναικῶν εἰς τὰς φράτερας εἰσαγωγή. Quamuis ſit veroſimilius

scripturam litterulæ inuersione vitiatam esse. Elegans est in Etymologico veteris Grammatici fragmentum, ex quo nullam γαμηλίας, aut γαμηλίων paret fuisse distinctionem: sed ipsam in tribus relationem peculiari voce γαμήγυριν dici. Sed mirum non est in eiusmodi scriptis has rerum inueniri aliquando repugnantias. Eorũ enim authores quæ passim apud Grammaticos notatu digna iudicabant, alienis etiam verbis, in promptam veluti penum, sine delectu retulerunt. Porrò γαμηλίας donum in epulas tribulium præstari author est Suidas: Καὶ παροιμία γαμηλίαν εἰσενεγκεῖν, ὅταν τις ἠγάγετο γυναῖκα πρὶν γένεσθαι παῖδα· οὗτος μαρτυρήσας τοῖς γάμοις, καὶ τὰς γάμους ἀποδιδοὺς τοῖς φράτορσιν εἰς λόγον δωρεάς· καὶ τοῦτό ἐστιν γαμηλίαν εἰσενεγκεῖν. *Et prouerbium, nuptiale munus inferre: quando quis adducebat mulierem antequam genitus esset puer. Ille testatus de matrimonio, secundum nuptias præstabat aliquid Tribulibus in rationem epularum, & illud est* γαμηλίαν *inferre.* Atque omnium intererat, diligenter id obseruari. Nam cum lege Atheniensium ciuis non haberetur, nisi qui vtrisque parentibus ciuibus esset procreatus; & seuerè iudicium Peregriniratis exerceretur, optimam probandi iuris rationem præstabat hæc nominis apud Tribules professio. Sic Demosthenes defendit Euxitheum

theum aduersus Eubuliden, testes aduocans, Τὰς ἐγγυομένῳ παρόντας τῷ πατρὶ, καὶ τ̃ Φεατόρων τὰς οἰκείας, οἷς τὴν γαμηλίαν εἰσηνέγκεν ὑπερ τῆς μητρὸς ὁ πατήρ. *Eos qui sponsalibus patris interfuerũt, & Tribulium familiares, quibus nuptiale munus pro matre contulit pater.* Et rursus in fine: Καὶ γὰρ ὅτι κ̃ τὰς νόμους ὁ πατὴρ ἔγημε, καὶ γαμηλίαν τοῖς Φεατρσι εἰσηνέγκε μεμαρτύρηται. *Nam & ex præscripto legum, matrimonium contraxisse Patrem, & nuptiale munus obtulisse Curialibus, testes confirmarunt.*

ΔΑΙΔΑΛΕΙΑ.

DÆdalum Platæenses coluerunt, eiusque festum Δαιδάλεια nuncupatum obseruatũt. Menander Rhetor, Cap. Πῶς δεῖ ἀπὸ ἐπιτηδεύσεων τὰς πόλεις ἐγκωμιάζειν. Verba illius sunt: Ἐν δὲ πενταετηρικῇ, ἢ τετραετηρικῇ, ἢ πλειόνων, ὡς τὰ Πύθια, καὶ Ὀλύμπια, καὶ Δαιδάλεια ἐν Πλαταιαῖς. Festi pompa circa lignum versabatur affabrè factum, atque exornatum, ad testandam ædificandi peritiam, quâ Dædalus inter homines eminuisset. Idq; ab eius nomine Dædalon appellabant. Hesychius: Δαίδαλον ποίημα, καὶ τὸ κοσμούμενον ξύλον τὸ Πλαταιῶν. *Dædalon Poëma,*

& ornatum à Plataensibus lignum. Atque hunc locum ita restituit Meursius, eruditissimus antiquitatum Græcanicarum illustrator: Cui etiam ista libentes accepta referimus.

ΔΑΦΝΗΦΟΡΙΑ.

DAphnephoria, ἀπὸ τῆς δάφνης φορᾶς, *à gestatione lauri* dicta: quorum solennitas adeò particulatim à Proclo in Chrestomathiâ describitur, vt præterea nihil ad eius illustrationem desiderari possit. Et meretur, vt illam pluribus locis exhibitam antiquitatis Græcæ studiosi conspiciant. Τὰ δὲ λεγόμενα παρθένια, χορὸς παρθένων ἐνεγράφετο· οἷς καὶ τὸ Δαφνηφορικὰ, ὡς εἰς ἓν τοῦτο πίπτει, Δάφνας γὰρ ἐν Βοιωτίᾳ δι' ἐνναετηρίδος εἰς τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος κομίζοντες οἱ ἱερεῖς ἐξύμνουν αὐτὴν διὰ χορῶν παρθένων· καὶ ἡ αἰτία· τῶν Αἰολίων ὅσοι κατῴκουν Ἄρνῃ, καὶ τὰ τούτης χωρία, κατὰ χρησμὸν ἀναστάντες ἐκεῖθεν, καὶ προσκαθεζόμενοι Θήβας ἐπόθεν, προσκατεχομένας ὑπὸ Πελασγῶν· κοινῶς ἁπάντων ἑορτὴν Ἀπόλλωνος ἐνέστησε, καὶ δάφνας τέμνοντες οἱ μὲν ἐξ Ἑλικῶνος, οἱ δὲ ἐγγὺς τοῦ Μέλανος πολεμοῦ ἐκόμιζον τῷ Ἀπόλλωνι. Πολεμάτας δὲ ὁ τῶν Βοιωτῶν ἀφηγούμενος, ἔδοξεν ὄναρ νεανίαν τινὰ πανοπλίαν αὐτῷ δοῦναι· καὶ δύχας ποιεῖσθαι προσέταττεν τῷ Ἀπόλλωνι, δαφνηφορήσαντας διὰ ἐνναετηρίδος· μετὰ δὲ τρίτην ἡμέραν ἐπηγόμενος κρατεῖ τῶν πολεμίων· καὶ αὐτὸς τὸ-

τὸν

τὴν δαφνηφορίαν ἐτέλει· καὶ τὸ ἔθος ἐκεῖθεν λάβετε· ἡ δὲ δαφνηφορία, ξύλον ἐλαίας κατασείουσι δάφναις, ποικίλοις ἄνθεσι ἐπ' ἄκρῳ μὲν χαλκῇ ἐφαρμόζεται σφαῖρα· ἐκ δὲ ταύτης, μικροτέρας ἐξαρτῶσι· κατὰ δὲ τὸ μέσον τοῦ ξύλου πειθήνης ἐλάσεσι ἐπ' ἄκρῳ σφαίρας καθάπτουσι πορφυρᾶ στέμματα· τὰ δὲ πλούτου τοῦ ξύλου πειράζουσι κροκωτῷ βάλεται δ' αὐτῆς ἡ μὲν αἰωρατέρω σφαῖρα τὸν ἥλιον, ᾧ καὶ τὸν Ἀπόλλωνα ἀναφέρουσιν· ἡ δ' ὑποκειμένη, τὴν σελήνην· τὰ δὲ περιηρτημένα τῶν σφαιρῶν, ἄστρα, καὶ ἀστέρας· τὰ δὲ μέσα στέμματα τὸν ἐνιαύσιον δρόμον καὶ χορὸν τῶν πιθήνων αὐτά. Ἀρχὴ δὲ τῆς δαφνηφορίας πᾶσι ἀμφιβαλὴς· καὶ ὁ μάλιστα αὐτῇ οἰκεῖος βασάζει τὸ κατεστεμμένον ξύλον ὁ κωμῳδὸς καλῶν· αὐτὸς δὲ ὁ δαφνηφόρος ἐπόμενος, τῆς δάφνης ἐφάπτεται· τὰς μὲν κόμας καθημένας, χρυσοῦν δὲ στέφανον φέρων, καὶ λαμπρὰν ἐσθῆτα, ποδήρη ἐνδεδυμένος. Ἰφικρατίδας τε ὑποδεδεμένος, ᾧ χορὸς παρθένων ἐπακολουθεῖ περσείνων κλῶνας περὶς ἱκετηρίαν τῶν ὕμνων· παρέπεμπον δὲ τὴν δαφνηφορίαν εἰς Ἀπόλλωνος Ἰσμηνίου, καὶ Γαλαξίου. Adiungam versionem Andreæ Schotti; viri, cuius & eruditionem & candorem, diuersarum quoq; partium sectatores admirari debent. *Parthenia quæ dicuntur, Virginum choris adaptantur, sub quibus etiam Daphnephorica, quasi sub genus cadunt. Lauros etenim nono quoque anno, ad Apollinis sacra inferentes sacerdotes, hymnis eum per virgineos choros celebrabant. Cuius hæc causa redditur: Aeoles*

quot-

quotquot Arnen, eaq; circùm loca habitabant, ex oraculo inde egressi, obsidione cingentes Thebas vastabant, quas & Pelasgi obsidebant. Cum simul vtrisque Apollini status dies festus esset, inducias pacti sunt, & lauris amputatis, ab his quidem in Helicone, ab illis vero iuxta Melanem fluuium, Apollini intulerunt. Polematas verò Bœotorum Dux, iuuenem quendam secundùm quietem vidit, solidam armaturam ipsi offerentem, votaq; fieri præcipientem in Apollinis honorem nono quoque anno à laureatis. Tertio pòst die consertâ manu hostem vicit, ipseq; lauri gestatione votum soluit. Hinc mos ille religiosè obseruatus. Hæc Daphnephoria oleagineum lignum lauris coronant, variisq; floribus exornant: cuius in apice ænea sphæra imposita: ex hac minores dependent. Medio verò ligno purpureæ coronæ adaptantur, minores quam quæ summo fastigio impositæ. Imam verò ligni partem circumuestiunt crocotula. Significat autẽ ipsis suprema quidem sphæra solem, quo Apollinem designant. Huic verò subiecta Lunam significat. Globuli verò appensi stellæ, & astra sunt. Coronæ annuum cursum significant: trecentas enim, & sexaginta quinque conficiunt. Præest autem Daphnephoriis puer Patrimus, & Matrimus, cui maximè coniunctus gestat coronatum lignum, quod κωπὼ ipsi vocant. Daphnephorus verò sequitur gestans laurum: comis quidem demissis, & fluxis, aureaq;

coro-

corona redimitus, splendidaq; veste, & talari indutus, calceisq; quos ab Iphicrate, Ἰφικρατίδας Græci vocant. Hunc Virginum chorus comitatur, ramos ad supplicationem, quæ hymnis celebrabatur, prætendens. Mittebant autem lauri gestationem ad Apollinis Ismenij, & Galaxij fanum. His quod addam non habeo; nisi vt Schotti verbis illustrem nonnulla quæ lectorem remorari possent. *Iphicratidas*, vocat genus calceamenti Atticum, ab Iphicrate, sutore patre nato. (nam Harmodius illi generis ignobilitatem obiecit in Rhetoricis Aristotelis) meminit præter Pollucem, & Suidam, ex Damascij historiâ, Diodorus Siculus libro 15. Biblioth. *Ἰφικράτης τὰς ὑποδέσεις τῶν στρατιωτῶν ἐλύτους, καὶ κούφας ἐποίησε, τὰς μέχρι τοῦ νῦν Ἰφικρατίδας ἀπ' ἐκείνου καλουμένας. Iphicrates calceos militibus solutu faciles, & leues fecit, in hunc vsq; diem Iphicratidas ab ipso vocatos. Ismenij Apollinis.* Huius Dei sacerdos propriè, Δαφνηφόρος, hoc est *Laurifer* cognominabatur: quem formâ, & genere insignem, quotannis sacrabãt; qui à colle Ismeno, ad dextram Thebarum portam sic dictus. Pausanias in Bæoticis. Stephanus verò, & Hesychius ab Ismenio flumine appellatum tradunt; cuius meminit Seneca in Thebaide:

Vbi tortarapidus ducat Ismenos vada.

Galaxios Apollo: sic appellatur à Galaxo Bœotiæ

tiæ loco : de quo Plutarchus libello, Cur Pythia oracula reddere desierit.

ΔΗΛΙΑ.

IVlius Pollux libro 1. capite 1. de præcipuis Græcorum festis verba faciēs inquit; Ἀπόλλωνος τὰ Δήλια. Quæ frequētissimo hominum conuentu solita celebrari testatur Thucydides libro 3. Originem dedit Theseus : nam rebus ex animi sententiâ gestis, è Cretâ repetens Athenas cum pueris, qui minotauro tributi nomine quotannis pendebantur, Delum appulit; ibique imaginem Veneris, quam Oraculi Delphici monitu fecerat ducem itineris, consecrauit, & sacra, Choreasque instituit, quas omni post tempore Delij obseruarunt. Callimachus hymno in Delum:

Δὴ τότε καὶ στεφάνοισι βαρυώεται ἱρὸν ἄγαλμα
Κύπριδος ἀρχαίης ἀρίκηλον. ἣν ποτε Θησεὺς
Ἔστατο σὺν παίδεσσιν, ὅτε Κρήτηθεν ἀνέσχεν·
Οἱ χαλεπὸν μύκημα, καὶ ἄχριον ἷα φυγόντες
Πασιφάης, καὶ γναμπτὸν ἔδος σκολιῇ λαβυρίνθῳ
Πότνια σὺν τοῖ βωμὸν ἐλαφρομένῳ κυθαρισμῷ
Κύκλιον ὠρχήσαντο· χορὸν δ' ἡγήσατο Θησεύς.

Tunc etiam antiquæ simulachrū Cypridos ingens
Innumeris onerant sertis : quod Theseus olim
Cum pueris statuit, rediens Curetide terrâ.

Qui

Quicum muzitum fugerent, taurumq; ferocem
Pasiphaæ, & tortas curui ambages Labyrinthi,
Ad citharæ pulsum tua circum Altaria Diua,
Theseo præeunte, sacras duxere Choreas.

Plutarchus in Theseo: Ἐκ δὲ τῆς Κρήτης ἀποπλέων εἰς Δῆλον κατέσχε, καὶ τῷ θεῷ θύσας, καὶ ἀναθεὶς τὸ Ἀφροδίσιον, ὃ φησὶ τῆς Ἀριάδνης ἔλαβεν, ἐχόρευσε μετὰ τῶν ἡβώντων χορείαν, ἣν ἔτι νῦν ἐπιτελεῖν Δηλίους λέγουσι. *Soluens ex Creta Delum appulit, vbi rem diuinam fecit Apollini, dedicatoq; Veneris signo, quod ab Ariadnâ acceperat, tripudium saltauit cum impuberibus: quod hac etiam memoriâ ferunt Delios seruare.* Huius facti anniuersarium diem Athenienses coluerunt; quod ex voto Thesei, & eorum qui simul nauigarũt institutum refert Plato in Phædone. Τῷ γὰρ Ἀπόλλωνι (ὡς λέγεται) τότε, εἰ ἐσωθεῖεν, ἐκάστοτε ἔτους θεωρίαν ἀπάξειν εἰς Δῆλον· καὶ δὴ καὶ ἀεὶ, καὶ νῦν ἔτι ἐξ ἐκείνου κατ' ἐνιαυτὸν τῷ θεῷ πέμπουσιν. *Votum autem (vt dicitur) nuncuparant, vti si incolumes redirent, sacrum Apollini quotannis in Delo celebrarent: quod ex eo tempore etiamnum mittunt.* Mittebant autem per legatos, quos Θεωροὺς vocabant. Quippe Legatos ad Principes, aut quoscumq; mortales, appellant Græci Πρέσβεις, aut Πρεσβυτάς. At qui procurandæ religionis causâ mittebantur, Θεωροὶ nuncupabantur. Sic refert Plutarchus solitos mitti Athenis Θεωροὺς in Delũ, ad Ludos Olympicos,

picos, Pythicos & alios, qui more maiorum, pro suâ Repub. sacra facerent, & dona diis offerrent: de qua re consulat Lector insignem locum Philochori apud Scholiastē Sophoclis *in Oedipo Colon.* pag. 305. Propriè, qui in Delum mittebantur, Δηλιασταὶ appellabant. Harpocration: Δηλιαστής, οἱ εἰς Δῆλον ἐξελθόντες θεωροί. *Deliastæ, in Delum profecti legati.* Qui his præerat, Ἀρχιθέωρος dicebatur. qua se functum dignitate gloriatur Andocides *oratione* περὶ μυστηρίων. Huius erat Τὰ πομπεῖα curare, hoc est τὰ εἰς θυσίας πεμπόμενα, *quæ ad sacrificia mittebantur.* Nauis autem qua vehebātur Δηλιὰς vocabatur. Quippe naues sacrę numero erant quinque: Paralos, Antigonis, Ptolemais, Ammonis, & harum omnium antiquissima Delias, quæ etiam Salamina nuncupabatur. Meminere Thucydides *libro 3.* Plutarchus *in Alcibiade, Pericle, & Lysandro,* Diodorus Siculus *libro 13.* Aristophanis interpres *in ranis,* Hesychius, Suidas. Herodotus libro 6. commune omnibus nomen Θεωρίδος statuisse videtur. Callimachus huic ceu proprium assignat:

Ἔνθεν ἀειζώοντα θεωρίδος ἱερὰ φέλεω
Κεκροπίδαι πέμπουσι τοπῆια νηὸς ἐκείνης.
Hinc Phœbo æternum mansura Theoridis huius
Cecropidæ mittunt Thesææ carbasa nauis.

Vbi tamen Scholiastes: Θεωρίδος νηός, ἣν τὸ ἱε-

ρὸν φέ-

ἐξ φερόσης. *Theoris, nunc sacra ferens nauis.* Omnium dixi antiquissimã fuisse Δηλιάδα: nam illam Athenienses ad Demetrij Phalerei tempora seruarunt, verum tot locis refectam, tot asserum insititiâ compagine reparatam, vt notissimum Philosophorum Scholis exemplum euaserit in declaranda naturâ eorum quæ augentur. Plutarchus: Τὸ δὲ πλοῖον ἐν ᾧ μετὰ τ̃ ἡιθέων ἔπλευσε, κ̀ πάλιν ἐσώθη, τλὼ τριακόντορον, ἄχρι τ̃ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως χρόνων διεφύλαττον οἱ Ἀθηναῖοι, τὰ μὲν παλαιὰ τ̃ ξύλων ὑφαιρῶντες, ἄλλα δὶ ἐμβάλλοντες ἰσχυρὰ, κ̀ συμπηγνύντες, οὕτως ὥστε κ̀ τοῖς Φιλοσόφοις εἰς τ̃ αὐξομένων λόγον ἀμφιδοξούμενον παράδειγμα τὸ πλοῖον εἶναι, τ̃ μὲν ὡς τὸ αὐτὸ, τ̃ δὲ ὡς οὐ τὸ αὐτὸ διαμένει λεγόντων. *Ipsum verò nauigium, ad Demetrij Phalerei ætatem Athenienses conseruauerunt, veteri materiæ integram aliam sufficientes, itáq; coagmentantes, vt Philosophis in disputatione de iis quæ augentur, ambiguitatis exemplum hæc nauis præbuerit; quod alij eandem manere, alij non eandem contenderint.* Eandem vero fuisse nauem Δηλιάδα, & quâ vectus fuit in Cretam Theseus manifestè docet Plato. Τοῦτό ἐστι τὸ πλοῖον (ὥς φασιν Ἀθηναῖοι) ἐν ᾧ Θησεύς ποτε εἰς Κρήτην τὰς δὶς ἑπτὰ ἐκείνας ἤγετο ἄγων, κ̀ ἔσωσέ τε, κ̀ ἐσώθη. *Illud est nauigium (vt aiunt Athenienses) quo olim Theseus quatuordecim illos iuuenes in Cretam deduxit, & illos & seipsum seruauit.* Antequam

tequam mitteretur, coronis ornabatur. Idem Plato: Ἔτυχε γὰρ τῇ πρωτεραίᾳ τῆς δίκης ἡ πρύμνα ἐστεμμένη τῷ πλοίῳ, ὃ εἰς Δῆλον Ἀθηναῖοι πέμπουσι κατ' ἔτος. *Euenit vt postridie iudicij habiti coronaretur puppis sacri nauigij, quod Athenienses quotannis Delũ mittunt.* Hoc autem non est temerè dictum. nam à puppis coronatione festi principium sumebatur. Idem: Ἀρχὴ δ' ἐστὶ τῆς θεωρίας ἐπειδὰν ἱερὸς τῷ Ἀπόλλωνι, στέψῃ τὴν πρύμναν τῷ πλοίῳ. *Initium sacri illius est, cùm Sacerdos Apollinis puppim nauigij coronauit.* Inter πομπεῖα recẽseri debent primitiæ Hyperboreorum, quæ per multas ambages in Græciam aduectæ, tandem ab Athenienſibus in Delum deferebãtur. Pauſanias in Atticis: Ἐν δὲ Πρασιεῦσιν Ἀπόλλωνός ἐστιν ναός· ἐνταῦθα τὰς ὑπερβορέων ἀπαρχὰς ἱέναι λέγεσι παραδιδόναι δὲ αὐτὰς Ὑπερβορέους μὲν Ἀριμάσποις Ἀρίμασπας δὲ Ἰσσηδόσι· τοὺς δὲ τούτων Σκύθας ἐς Σινώπην κομίζειν· ἐντεῦθεν δὲ φέρεσθαι διὰ Ἑλλήνων ἐς Πρασιάς. Ἀθηναίους δὲ εἶναι τοὺς ἐς Δῆλον ἄγοντας, τὰς δὲ ἀπαρχὰς κεκρύφθαι μὲν ἐν καλάμῃ πυρῶν, γινώσκεσθαι δὲ ὑπ' οὐδένων. *In Prasiensibus (populus est Atticæ) Apollinis est templum, quo Hyperboreorum primitias mitti aiunt. Eas enim Hyperborei Arimaspis committunt: Arimaspi Issedonibus; ab iis acceptas Scythæ Sinopen, inde ad Prasienses Græci deportant. Eas deinde Delum Athenienses mittunt. Absconditæ quidem illæ in triticea stipulâ sunt, neque*

eas

fas cuiquam fas est intueri. Plura si quis requirat, Herodotum consulat libro 4. pagina 266. Ara Delij Apollinis inter septem orbis spectacula celebrata, quæ sine vllo glutino, & vinculo, tantum ex dextris cornibus coagmentata compactaque fuit, indeque nomen Κερατίνου βωμοῦ obtinuit. Plutarchus *libro de Solertia animalium*:

Δήλῳ δήποτε τῶν Ἀπόλλωνος ᾠδὴ ναῷ τὸ κεράτινον βωμὸν εἶδον, ἐν τοῖς ἑπτὰ καλουμένοις θεάμασιν ὑμνούμενον, ὅτι μήτε κόλλης δεόμενος, μήτε τινὸς ἄλλης δεσμοῦ, μόνων τῶν δεξιῶν συμπέπηγε, καὶ συνήρμοσται κεράτων.

Tale quid in Delo, & Phœbi me cernere templo memini: nempe aram cornutam, quæ inter septem mundi miracula celebratur; quod neque glutine vllo, neque aliis vinculis cohærens, è solis dextris cornibus compacta est. Idem tamen in Theseo, non ex dextris, sed sinistris tantùm cornibus compactam fuisse proditum reliquit. Ἐχόρευσε δὲ περὶ τὸ Κερατῶνα βωμὸν, ὃν κεράτων συνηρμοσμένον ἁπάντων ἀριστερῶν. *Saltauit circum aram Ceratonem, quæ ex cornibus erat omnibus sinistris compacta.* Callimachus *in Apollinis hymno* quadrimum adhuc Apollinem scribit ex cornibus Cynthiadum caprearum, quas soror Diana in venatu occiderat, aram compegisse; fundamentaque item & parietem è solis struxisse

cornibus. Ipsius autem hæc sunt verba:

Τετραέτης τὰ πρῶτα θεμείλια φοίβος ἔπηξε
Καλῇ ἐν Ὀρτυγίῃ, περιηγὲς ἔγγυθι λίμνης·
Ἄρτεμις ἀγρώσσουσι καρήατα σώνεχες αἰγῶν
Κυνθιάδων φορέεσκεν, ὁ δ' ἔπλεκε βωμὸν Ἀπόλλων.
Δείματο μὲν κεράεσσιν ἐδέθλια, πῆξε δὲ βωμὸν
Ἐκ κεράων, κεραὸς δὲ πέριξ ὑπεβάλλετο τοίχος.

Quartum vix Phœbus agebat
Annum, tùm Ortygiâ in pulchrâ fundamina
prima
Iecit, firmauitq; lacus circumfluì ad oram.
Vt capita aßiduè caprearum multa ferebat
Cynthia venatrix, aram his texebat Apollo.
Cornea ßernebat fundamina, cornibus ara
Surgebat, cornu murum quoq; duxit in orbem.

Ouidius in epistola Cydippes ad Acontium de eadem arâ est intelligendus:

Miror & innumeris ßructā de cornibus aram.

Item Martialis hoc versiculo:

Dißimulet q; Deum cornibus ara frequens.

Circum aram hāc, exemplo Theſei (quod iam antea expoſuimus) choros ductabant; atque inter ſaltandum, aram verberibus, & oleam morſibus impetebant. Callimachus hymno in Delum:

Ἀστερίη πολύβωμε, πολύλλιτε, τίς δέ σε ναύτης
Ἐμπορος Αἰγαίοιο παρήλυθε νηὶ θεούσῃ;
Οὐχ οὕτω μεγάλοι μιν ὀπιπεύουσιν ἀῆται,

χρειὼ

Χρεὼ δ' ὅτι πάχιστον ἄγαι πλόον ἀλλὰ τὰ λαίφη
Ὦκεες ἐστείλαντο, καὶ οὐ πάλιν αὖθις ἔβησαν
Πρὶν μέγαν ἢ σεο βωμὸν ἵκοιτο πληχῆσιν ἐλίξαι
Ῥηστόμφυον, καὶ πέμμυον ὀδακτάσαι ἄγνον ἐλαίης
Χεῖρας ὀπισθερέψαντες.

Asterie felix aris, quis nauita puppe
Institor Aegaeo praeruectus in alto est?
Non adeo violenti adspirant Carbasa uenti,
Accelerare licet res postulet: Omnia sed mox
Vela legunt portu: sed nec prius inde recedunt
Quam tua raptentur percussa altaria circum,
Atque oleae ramum mordaci dente lacessant
In tergum manibus iactis.

Ad quem locum Scholiastes: Ἐν Δήλῳ φασὶ τὸν βωμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἔθος ἦν τοιόνδε, καὶ τύπτειν τὸν βωμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος μάστιγι, καὶ ἀποδαίνειν ἐξηγκωνισμένους ἀπὸ τῆς ἐλαίας. Choream Gruis nomine indigetarunt, in quâ flexus, atque anfractus Labyrinthi à saltantibus exprimebantur. Plutarchus: Μίμημα τοῦ ἐν τῷ Λαβυρίνθῳ περιόδων, καὶ διεξόδων, ἔν τινι ῥυθμῷ πολλαπλάσεις, καὶ ἀνελίξεις ἐχόντων γιγνομένων χορείαν· καλεῖται δὲ τὸ γένος τοῦτο τῆς χορείας ὑπὸ Δηλίων γέρανος, ὡς ἱστορεῖ Δικαίαρχος. *Simulachrum hoc anfractuum Labyrinthi, & egressuum ad certos modos alternis peragitur gyris. Hoc genus saltationis dicitur à Delijs Grus, vt memoriae prodidit Dicaearchus.* Triplex autem videtur fuisse chorus; è viris, mulieribus, & pueris. Hinc

apud Plutarchum & Demosthenem sæpius occurrit χορὸς παίδων, χορὸς ἀνδρῶν. Thucydides autem vocat Δηλιακὸν χορὸν τ̃ γυναικῶν. Et Homerus *in Hymno Apollinis* puellas Deliacam choream saltantes alloquitur:

Ὦ κ̀ϑραι τις δ̀. ὔμμιν αὖ̀ηρ ἥδιστος ἀείδων
Ἐνθάδε πολλ̃ται, ἒ τίν τέρπεσθε μάλιστα.
O puellæ, quis vobis vir suauissimus Poëtarum,
Hic versatur, & causâ cuius maximam capitis
voluptatem.

Strabo libro 10. χορὸς παρθένων, à vicinis missos tradit. Præter choros, etiam agones musici agebantur, quibus Athenienses equorum cursus adiecerunt, vt author est Thucydides lib. 3. Verum intermissa sacra, quamdiu insula illatis cadaueribus profanata censebatur. Pisistratus expiare cœpit, sed non totam. Herodotus lib. 1. Πρόσσχε ἔτι τούτοισι τὴν νῆσον Δῆλον καθήρας ἐκ τ̃ λογίων· καθήρας δὲ ὧδε ἐφ' ὅσον ἔπ̃ψις τῷ ἱερσ̃ ἔιχεν, ἐκ τούτ̃ τὸν χορὸν πάντ̃ ἐξόρυξας τὺς νεκροὺς μετεφόρεεν ἐς ἄλλον χῶρον τ̃ς Δήλ̃. *Etiam Delum insulam expurgauit ex oraculo. Expiauit autem, quatenus prospectus è templo ferebatur, eatenus ex omni loco cadaueribus effossis, & in alium eiusdem insulæ locum translatis.* Athenienses autem expiarunt vniuersam; & legem tulerunt, ne quis in eâ nasceretur, moreretur, aut sepeliretur, adsignatâ Deliis Rhenia vicinâ insula, in quâ defunctis iusta

iusta persoluere liceret. Thucydides *libro 3.* Τοῦ δ' αὐτοῦ χειμῶνος καὶ ἐκ Δήλου ἐκάθηραν Ἀθηναῖοι τὰ δεύτερα. ἦν δὲ καθῆρε μὲν πάλαι καὶ Πισίστρατος ὁ Τύραννος καὶ περίβολον αὐτῆς· οὐχ ἅπασαν. ἀλλ' ὅσον ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἐφεώρᾶτο τῆς νήσου· τότε δὲ πᾶσα ἐκαθάρθη τριῶδε τρόπῳ. ἦκαν ὅσοι ἦσαν τῶν τεθνεώτων ἐν Δήλῳ πάσας αὐτοῦ· καὶ τὸ λοιπὸν μηκέτι ἐναποθνήσκειν ἐν τῇ νήσῳ, μήτε ἐντίκτειν, ἀλλὰ ἐς τὴν Ῥηνείαν διαχωρίζεσθαι· ἀπέχει δὲ Ῥηνεία τῆς Δήλου οὕτως ὀλίγον, ὥστε Πολυκράτης ὁ Σαμίων Τύραννος ἰσχύσας ἅμα χρόνον ναυτικῷ, καὶ τῶνδε ἄλλων νήσων ἄρξας, καὶ τὴν Ῥηνείαν ἔλων, ἀνέδησε τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Δηλίῳ, ἀλύσει δήσας πρὸς τὴν Δῆλον. *Eadem quoque hyeme Delum expiauerunt Athenienses, ex oraculo quodam: nam & Pisistratus Tyrannus eum prius expiauerat, sed non omnem; verum quatenus à templo prospectus patebat. Tũc autem omnis expiata est, idq; ad hunc modum. Quæcumq; in Delo extitere monumenta, omnia sustulerunt, & in posterum edixerunt, ne quis in insulâ moreretur, neque mulier in ea pareret, sed vt in Rheniam transportarentur insulam, ita parum à Delo distantem, vt Polycrates Samiorum Tyrannus, cùm aliquando & classe polleret, & aliis insulis imperitaret, captam Rheniam catenâ annecteret Delo, Delioq; Apollini cõsecraret.* Hinc apud Plutarchum in Laconicis, acutè Pausanias Delios, cum Athenienſibus de iure insulæ disceptantes, & asserentes lege cautum

esse, vt neque parerent in eâ mulieres, neque mortui sepelirentur, hoc dicto repressit; πῶς ἂν αὕτη πατρὶς ὑμῶν εἴη, ἐν ᾗ οὔτε γέγονέ τις ὑμῶν, οὔτ' ἔσται; *Quomodo Patria vestra sit, in quâ neque natus est quisquam vestrum, neq; erit post mortem?* Strabo lib. 10. spacium intercapedinis qua Delos à Rhenia dispescitur exprimit; & præterea addit non licuisse in illâ canem esse. Ῥ'ηνεία δὲ ἔρημον νησίδιόν ἐστιν ἐν τέτρασι τῆς Δήλου σταδίοις· ὅπου τὰ μνήματα τοῖς Δηλίοις ἐστίν. οὐ γὰρ ἔξεστιν ἐν αὐτῇ τῇ Δήλῳ θάπτειν, οὐδὲ κυίσειν νέκρον· οὐκ ἔξεστιν οὐδὲ κυῶσαι ἐν Δήλῳ τρέφειν. *Rhenia insula exigua est, & deserta, intra quartum à Delo stadium, vbi monumenta sunt Deliorum. nam mortuum in Delo sepelire non est fas, neque cremare; canem quoque in Delo esse non licet.* Porro per hos sacrorum dies neminẽ supplicio afficere licebat, donec peractâ solennitate nauis rediisset. hinc aliquando plurium dierum inducię damnatis dabantur, quod Plato *in Phædone* Socrati euenisse tradit: Ἐπειδὰν ἄρξωνται τῆς θεωρίας, νόμος ἐστὶν αὐτοῖς ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ καθιερεῦσθαι τὴν πόλιν, καὶ δημοσίᾳ μηδένα ἀποκτιννύναι πρὶν ἂν εἰς Δῆλον ἀφίκηται τὸ πλοῖον, καὶ πάλιν δεῦρο· τοῦτο δ' ἐνίοτε ἐν πολλῷ χρόνῳ γίνεται, ὅταν τύχωσιν οἱ ἄνεμοι ἀπολαβόντες αὐτούς. *Vbi primùm verò illius inspectionis sacrum inierunt, lege cautũ est, vti interea vrbs expietur, nec quisquam publico decreto capite mulctetur, priusquam nauis, &*

uis, & Delum ierit, & huc redierit. Quibus rebus longum aliquando tempus occupatur, quum nimirum vento aduerso vtuntur. Xenophon *lib. 4.* Ἀπορημονδυμάτων. Ἀνάγκη μὲν γὰρ ἐγίνετο αὐτῷ μὴ πλεῖω κρίσιν τριάκοντα ἡμέρας βιῶναι, ἕως τὰ Δήλια μετ' ἐκείνης τοῦ μηνὸς εἶναι· τὸν γὰρ νόμον, μηδένα ἐᾶν δημοσίᾳ ἀποθνήσκειν, ἕως αὖ ἡ θεωρία ἐκ Δήλου ἐπανέλθῃ. *Post latam sententiam necessitas Socratem adegit, vt dies triginta esset in vita. nam eo mense erant Delia, quibus, legibus erat vetitum, ne quem publicè supplicio afficerent, ni prius ex Delo nauis sacra rediisset.* Redeũtes autem Theoros populus lęto concursu, omnibus certatim ostia pandentibus, salutabat, atque excipiebat. Ad quem morem respexit Euripides *in Hippolyto:*

Οὐ γάρ τι μ' ὡς θεωρὸν ἀξιοῖ δόμος
Πύλας ἀνοίξας ἐς φρόνως προσεννέπειν.
Haud enim vllo modo, vt Theorum, dignatur familia
Portis apertis hilariter salutare.

Ad quem locum Scholiastes: Ἔθος γὰρ εἶχον οἱ ἀρχαῖοι τότε, ὅτε ἥρχοντο· ἀπὸ μαντείας ἐστεφανωμένοι ἤρχοντο, καὶ πάντες ἔξω οἴκων προσεκύνουν αὐτούς. *Hunc enim morem habebant antiqui. ab oraculo coronati redibant, & tota familia adorabat illos.*

ΔΙΑ΄ΣΙΑ.

DIasia, id est Iouialia. Aristophanis enarrator *in nebulis*, τῶν ἀρχαιοτάτων ἑορτῶν, *ex antiquissimis festis*, atque eadem cum Diipoliis esse prodidit. an rectè, ex iis quæ dicentur, vnicuique iudicandum relinquo. Igitur Diasia festum est Iouis Meilichij: & ἀπὸ τοῦ Διὸς, καὶ τῆς ἄσης, id est, *à Ioue, & molestiâ, siue detrimento* nomen inditum. Aristophanis interpres: Διάσια, Ἀθήνησιν ἑορτὴ Μειλιχίου Διὸς, μέλλοις Ἀνθεστηριῶνος φθίνοντος, Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ἀχαρνεὺς διακρίνει τὰ Διάσια, ἀπὸ τῆς τοῦ Μειλιχίου Διὸς ἑορτῆς ὠνομάσθαι λέγων· ὡς δέ τινες ἀπὸ τοῦ φυγεῖν αὐτοὺς τοῖς εὐχαῖς τὰς ἄτας, *Diasia, Athenis festum Iouis Meilichij mense Anthesterionos vergente. Apollonius autem Acharnanus discernit Diasia à Iouis Meilichij festo nominari inquiens. vt autem aliqui, quod precibus calamitates auerruncarint.* Quodque fortassis occasionem festo difficilia reipub. tempora dederint, illud vultu mærorem testante, &, vt Hesychius ait, μετά τινος συγκότητος θύοντες, *cum tristitiâ quadam sacrificantes*, agebant. Suidas eandem nominis etymologiam secutus est: Διάσια, ἑορτὴ Ἀθήνησι Διὸς Μειλιχίου· παρωνομάσθη δὲ Διάσια ἀπὸ τοῦ διαφυγεῖν αὐτοὺς εὐχαῖς τὰς ἄσας. Iouem Meilichium obseruabant, quod eius nutu homi-

hominum cœpta versarētur, & feliciter, aut secùs caderent. Hinc libro 7. ἀναβάσεως existimat omnia Xenophonti aduersa euenire, Ἐμποδὼν γάρ σοι Ζεὺς ὁ Μειλίχιός ἐστι. *Impedimento tibi est Iuppiter Meilichius.* Secundiora fore, si victimâ placetur. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ὁ Ξενοφῶν προσελθὼν εἰς Ὄφρυόν ἐθύετο, καὶ ὠλοκαύτει κοίρᾳ τῷ πατρίῳ νόμῳ, καὶ ἐκαλλιέρει· καὶ ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀφικνεῖται Βίτων, καὶ ἅμα Εὐκλείδης χρήματα δώσοντες τῷ στρατεύματι. *Postero die Xenophon progressus sub Ophrynij mœnibus sacrificabat, & porcos immolabat, & pulchrè litabat. Eodemipso die venit Biton, & simul Euclides pecuniam exercitui daturi.* Porro Diasia extra vrbem agitabantur. Aristophanis interpres: Ἑορτὴ Διὸς τὰ Διάσια Ἀθήνησιν· ἐν ᾗ πανδημεὶ ἔξω τείχους σώοντες ἑορτάζουσιν. *Festum Iouis Diasia Athenis; in quo extra muros congressi vulgò epulantur.* Maxima Athenienſium ſolennitas: nam cum Cyloni ſumma rerum oraculo deferretur, ſi in maximo Iouis feſto Acropolin occupaſſet, id per Olympiorum dies adgreſſus, voto excidit, quod in Atticâ maximum Iouis feſtum Διάσια haberentur. Thucydides libro 1. Εἰ δὲ ἐν τῇ Ἀττικῇ, ἢ ἄλλοθί που ἡ μεγίστη ἑορτὴ ἔτυχε, οὔτε ἐκεῖνοι ἔτι κατενόησε, τότε μαντεῖον οὐκ ἐδήλωσε· ἔστι γὰρ ἐν Ἀθηναίοις Διάσια, ἃ καλεῖται Διὸς ἑορτὴ Μειλιχίου μεγίστη ἔξω τοῦ πόλεως, ἐν ᾗ πανδημεὶ θύουσι πολλοί, οὐχ ἱερεῖα, ἀλλὰ θύματα ἀπὸ χώρια. *Anvero*

vero in Atticâ, an vspiam alibi maximum illud festum esset, nec ille præterea animaduertit, nec oraculũ declarat. Siquidem sunt apud Athenienses quoque Diasia, maximus dies festus, quæ Iouis Meleichij vocãtur, extra vrbem, vbi totius populi cõuentu, pleriq; non victimis sed libamentis rem diuinam faciunt. ad vocem θύματα, addit Scholiastes; Τινὰ πέμματα εἰς ζώων μορφὰς πεπλασμένα ἔθυον. *Aliqua fercula in animalium figuras formata sacrificabant.* Sed paulo antè Xenophontem Ioui Meilichio rem diuinam porco feciſſe oſtendimus: & apud Ariſtophanem Strepſiades per Diaſiorum feſta, τὴν γαστέρα τοῖς συγγενέσι, *ventrem ſiue inteſtina conſanguineis* ſe aſſaſſe refert; vt non tantùm libamentis feciſſe, ſed victimas quoque immolaſſe videantur.

ΔΙΙΠΟΛΕΙΑ.

FEſtum adeo vetuſtum, vt ab Ariſtophane res obſoletæ, Διπολιώδεις appellentur. Id Ioui Πολιεῖ, id eſt, *Vrbis cuſtodi dicatum*; vnde & nomẽ obtinet. Suidas: Ἑορτὴ οὕτως ἐλέγετο, διότι τῷ Πολιεῖ Διὶ ἔθυεν. *Feſtum ſic nominabatur, eo quod Ioui Polieio ſacrificabatur.* Celebrabatur quartadecimâ menſis Scirrhophorionis. Ceremoniæ verò quædam imitamenta continebant eorũ, quæ acciderunt in Iouis ſacro, cum placentam ſacri-

sacrificio destinatam Bos deuorauit. de qua re in Buphoniis egimus. Scholiastes Aristophanis *in pace*: Διιπόλεια, ἑορτὴ Ἀθήνησιν ἐν ᾗ πολιεῖ Διῒ θύουσι σκιῤῥοφοριῶνος τετάρτῃ ἀπὶ δέκα. ἔστι δὲ μίμημα τῶν πελαίων, καὶ τῶν βοῶν συμβάντων: *Diipoleia, festum Athenis, in quo Ioui vrbis præsidi sacrificant quartadecima Scirrhophorionis. Est autem imitamentum placentæ, & eorum, quæ circa Boues acciderunt.* Hesychius: Ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἀπὸ τοῦ πολιεῖ Διὶ θύειν Ἀθηναίους εἰς μνήμην βοὸς καὶ πελαίου, καὶ τοῦ βοός. *Festum Athenis ab eo dictum, quod Ioui Polieio sacrificarent Athenienses, in memoriam Libi, & Bouis.* Atque ex his patet Diipoleia à Diasiis esse destincta: nam hæc in honorem Iouis Meilichij sub finem Anthesterionos; Illa in honorem Iouis Πολίεως, quartadecimâ Scirrhophorionos agitabantur.

ΔΙΟΝΥΣΙΑ.

BAcchanalia Græcos optimâ fide celebrasse dubium non est, propagante numinis cultum licentiâ, quasi per irritamenta lasciuiæ pietas augeretur. Itaque plures in eius honorem ferias habuerunt, quas altiùs mihi duxi repetendas, antequam solennes ritus sacri exponam. Bacchanalia nominant authores, Antiquissima, Recentiora, Maiora, Minora, Astica, Ruralia, Lenæa, Verna, Autumnalia, Omo-

Omophagia, Nocturna, Brauronia, Theœnia.

Antiquissima die duodecimo mensis Anthesterionis acta, in Limnis, Atticæ loco, vbi templum Bacchi fuisse docet Aristophanis Scholiastes *in ranis*: Λίμναι, Χωρίον τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾧ Διονύσῳ ἱερόν. *Limnæ, locus Atticæ, in quo Bacchi templum.* De hoc festo agit Thucydides libro 2. Τὰ γὰρ ἱερὰ ἐν αὐτῇ τῇ Ἀκροπόλει καὶ ἄλλων θεῶν ἐστι, καὶ τὰ ἔξω πρὸς τοῦτο τὸ μέρος τῆς πόλεως μᾶλλον ἵδρυται, τό τε τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου, καὶ τὸ Πύθιον, καὶ τὸ τῆς γῆς, καὶ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσου, ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια τῷ δωδεκάτῃ μηνὶ ἐν μέσῳ Ἀνθεστηριῶνι. *Nam in ipsa Acropoli templa etiam aliorum Deorũ sunt, & quæ extra sunt, ad hanc præcipuè partem exstructa visuntur Iouis Olympij, Apollinis Pythij, Telluris, Bacchi in Limnis, cui vetustiora Bacchanalia fiũt duodecimo mensis Anthesterionis die.* Hæc autem in Limnis sacra peragebant mulieres, quæ Γεραιραὶ vocabantur. Harpocration: Γεραιραὶ αἱ τῷ Διονύσῳ ἱερουργοῦσαι γυναῖκες Hæ numero fuerunt quatuordecim. Hesychius: Γεραιραὶ, ἱέρειαι κοινῶς· ἰδίως δὲ αἱ τῷ Διονύσῳ τῷ ἐν Λίμναις τὰ ἱερὰ ἐπιτελοῦσαι, τῷ ἀριθμῷ δεκατέσσαρες. *Gerææ communiter Sacerdotes: Propriè quæ Baccho in Limnis sacra faciũt, numero quotuordecim.* Quas à Rege designari Pollux author est *libro 8.* Αὗται ἀρρήτου ἱερὰ Διονύσῳ ἔθυον μετ' ἄλλης θεωρίας· καλοῦσι δὲ αὐτὰς ὁ βασιλεὺς οὔσας τεσσαρεσκαίδεκα. *Hæ arcana*

cana sacra immolabant, cum aliis quoque mysteriis. Has autem quatuordecim existentes Rex constituebat. Quippe Regi ceremoniarum cura, & sacrificiorum incumbebat; eiusque vxor, quæ Regina dicebatur, occulta, & maribus non inuisa solum, sed etiam inaudita procurabat. Demosthenes *oratione contra Nearam:* Τὰς δὲ θυσίας ἁπάσας ὁ Βασιλεὺς ἔθυε, καὶ τὰς σεμνοτάτας, καὶ ἀῤῥήτους ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἐτέλει εἰκότως βασίλισσα οὖσα. *Sacra Rex obibat omnia: eorumq; religiosissima, & arcana vxor eius curabat: meritò, cum Regina esset.* Hinc non nisi spectatæ probitatis virum sacræ dignitati præficiebant: vxoris etiam indubitata castitas requirebatur: nam quæ alterius viri thorum experta fuisset, à Regis connubio leges arcebant: Τὴν μὲν Βασιλέα αὐτὸν ἡ τύχη ἔδωκε δῆμος ἐκ πεκριτῶν κατ' ἀνδραγαθίαν χειροτονῶν· τὴν δὲ γυναῖκα αὐτοῦ νόμον ἔθετο ἄσυλον εἶναι, καὶ μὴ ἐπιμεμιγμένην ἑτέρῳ ἀνδρὶ, ἀλλὰ παρθένον γαμεῖν, ἵνα κατὰ τὰ πάτρια θύηται, τὰ ἄῤῥητα ἱερὰ ὑπὲρ τῆς πόλεως, καὶ τὰ νομιζόμενα γίγνηται τοῖς θεοῖς ὁσίως, καὶ μηδὲν καταλύηται, μηδὲ καινοτομῆται. *Regem nihilominus populus creabat, delectu è viris præstantissimis habito Vxorem autem eius lege sanxit esse ciuem, & non alteri commixtam viro, sed virginem ducendam, vt patrio ritu arcana sacra pro Repub. immolarentur, & iusta diis piè soluerentur, & neque desereretur, neque innouaretur quidquam.*

Legem

Legem verò columnæ lapideæ inscriptam illi vetustissimo Bacchi templo ad Limnas collocarunt: Καὶ διὰ ταῦτα, inquit Demosthenes, ἐν τῷ ἀρχαιοτάτῳ ἱερῷ τοῦ Διονύσου ἐν Λίμναις ἔστησαν, ἵνα μὴ πολλοὶ εἰδῶσι τὰ γεγραμμένα· ἅπαξ γὰρ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου ἀνοίγεται, τῇ δωδεκάτῃ τοῦ Ἀνθεστηριῶνος μηνός. *Propterea in antiquissimo Bacchi templo in Limnis collocarunt; ne multi quæ inscripta sunt cognoscerent. Quotannis enim semel aperitur, duodecimo die mensis Antheſterionis.* Ipsi etiã Regis vxori, ante aram, & canistra, τὰ ἱερὰ, iureiurando suam fidem adstringere debebant, antequam sacra attrectare possent. Cujus ritus administer erat, quem ἱεροκήρυκα nuncupabant. Sacramenti verò formula est hæc, apud Demosthenem: Ἁγνεύω, καὶ εἰμὶ καθαρὰ, καὶ ἀγνὴ ἀπὸ τῶν ἄλλων οὐ καθαρευόντων, καὶ ἀπ' ἀνδρὸς συνουσίας καὶ τῶν Θεσμοφορίων, καὶ Ἰοβακχεύω τηρήσασα τῷ Διονύσῳ καὶ τοῖς πάτρια, καὶ ἐν τοῖς καθήκουσι χρόνοις. *Pura & munda sum à cæteris immundis, & à viri congressu, & Bacchanalia, & Iobacchia patrio more celebro, & legitimis temporibus.*

Bacchanalia recentiora nobis indicãt Scholia Thucydidis ad locum antea laudatum; Ἀρχαιότερα εἶπε, διότι ἔστι καὶ νεώτερα ἄλλα. *Antiquiora dixit, eò quod & recentiora sint alia.* Sed an ab aliis, de quibus mox dicturi sumus, hæc distinguantur, asserere nolim, nisi quando celebritatis

britatis variare tempora deprehenduntur.

Maiora sunt eadem cum antiquissimis: nam Vlpianus *in orationem Demosthenis contra Leptinem* eodem tempore celebrari notat: Τοῖς μεγάλοις Διονυσίοις Ἀνθεστηριῶνος μηνὸς, πλείονος γιγνομένης δαπάνης, εἷς χορηγὸς ἑκάστης φυλῆς καθίστατο. *Magnis Liberalibus Anthesterionis mensis, cùm plurimi fiunt sumptus, vnus Choragus vniuscuiusque tribus constituebatur.* Veris initio celebrabātur. Interpres Aristophanis *in aues:* Λήγοντος χειμῶνος ἀρχομένου δὲ τοῦ ἔαρος γίνεται τὰ Διονύσια. *Desinente Hyeme & incipiente vere Bacchanalia celebrantur.* Nam quoties Attici scriptores Dionysia solùm dicunt, sine alterius particulæ adiectione, de maioribus & antiquioribus accipiendi sunt. Per hæc festa socij tributum Athenienſibus ferebant. Scholiastes Aristoph. *in Acharnan.* Διονυσίων ἑορτὴ ἐν τῷ ἔαρι ἔτι πλεῖται, ἐν ᾧ ἔφερον τὰς φόρους οἱ σύμμαχοι *Bacchanaliorum festum vere peragitur, quo tempore tributa ferunt socij.*

Minora sunt, tanquam præparatio ad altera Liberalia maiora; nec differunt à Ruralibus, & in mensem Posideona incidunt. Theophrastus *in descriptione hominis garruli:* Ποσιδεῶνος τὰ κατ' ἄγρους Διονύσια. *Posideone, quæ ruri agūtur Dionysia, solita celebrari.* Hesychius: Τὰ μὲν κατ' ἀγροὺς μικρὰ ποσειδεῶνος. Eadem quoque Λήναια sunt.

sunt. Aristophanes *in Acharnan.*

Ἄξω τὰ κατ' ἄγρας εἰσιὼν Διονύσια.
Agam ruralia ingressus Dionysia.

Vbi Scholiastes Διονύσια, τὰ Λήναια λεγόμενα· ἔνθεν τὰ Λήναια, καὶ ὁ ἐπιλήναιος ἄγων τελεῖται τῷ Διονύσῳ. Λήνιον γάρ ἐστιν ἐν ἄγροις ἱερὸν τοῦ Διονύσου, διὰ τὸ τοὺληκτὰς ἐνταῦθα γεγονέναι· ἢ διὰ τὸ πεῶτον ἐν τῷ τόπῳ ληνὸν πηθῆναι. *Dionysia Lenæa dicta: Inde Lenæa, & Agon Epilenæus Baccho celebratur. Lenæum enim in agro templum Bacchi sit dictum, quod textus ibi primum facti, aut posita torcularia, quæ Græcis ληνοὶ dicuntur.* Stephanus: Λήναιος ἄγων Διονύσῳ ἐν ἄγροις ἀπὸ τ ληνῶ. Sed alij mense Gamelione celebrari solita tradunt. Hesychius autem cùm dixisset ruralia Liberalia mense Posideone agi, deinceps addidit: Τὰ δὲ Λήναια μηνὸς Ληναιῶνος. *Lenæa mense Lenæone.* At Proclus ad Hesiodum, à Bœotis ait Lenæona vocari, quãdo Sol Capricornum ingreditur, incipiente iam post vindemiam hyeme. Cæterum Lenæa in autumno curabantur, atq; ab iis peregrini arcebantur. Scholia *in Acharn.* Τὰ δὲ Λήναια ἐν τῷ μεταπώρῳ ἤγετο, ἐν οἷς οὐ παρῆσαν οἱ ξένοι *Lenæa in autumno agebantur, in quibus non aderant hospites.* Demosthenes in oratione cõtra Neæram graviter exaggerat, quod Peregrina Regi nupta sacrorũ arcana lustrasset & obiuisset. Καὶ αὕτη ἡ γυνὴ ὑμῶν ἔδυτε τὰ ἄῤῥητα

ἱερὰ

ἱερὰ ὑπὲρ τῆς πόλεως, καὶ εἶδεν ἃ οὐ θεμιτὸν ἀνδρὶ ὁρᾶν ξένῳ οὔτινι· καὶ τοιαύτη οὖσα εἰσῆλθεν ἃ οὐδεὶς ἄλλος Ἀθηναίων τοσούτων ὄντων εἰσέρχεται, ἀλλ' ἢ ἡ βασιλέως γυνή. *Et illa mulier vobis arcana illa sacra pro Repub. immolauit, & vidit quæ eam, vt peregrinam, videre nefas: & cum talis esset, eò ingressa est, quo nemo alius Athenienſium, in tanta ciuium multitudine, ingredi audet, præter Regis vxorem.*

Verum ab his diuersa fuere Liberalia Ἀστικὰ, siue Vrbana; quæ vere quidem acta. Aristophanis interpres *in auibus*; Τῷ ἔαρι ἐν ἄστει πλεῖστοι τὰ Διονύσια. Sed mense Elaphebolione. Hesychius: Τὰ δὲ ἐν ἄστει Ἐλαφηβολιῶνος. Erantque non annua, sed trieterica. Virgilius 4. Æneidos:

Qualis commotis excita sacris
Thyas, vbi audito stimulant trieterica Baccho
Orgia.

Seruius: *Liberi sacra tertio quoque anno innouabantur.*

Lucanus:

Referunt trieterica Bacchæ.

Atque hęc Bacchus instituisse traditur ad Callirhoen, vt essent monumentum expeditionis Indicæ, in quâ triennij spacium absumpsit. Cicero *lib. 3. de naturâ Deorum*, quinque Dionysios enumerat, quintumque Nyso natum, & Thyone, *à quo Trieterides constitutæ putantur.*

tur. Alia etiam fuerunt quinquennalia, de quibus Scholiastes Aristophanis *in pacē*: Διὰ πεντατηρίδος χρόνε ἤγοντο αἱ θεωρίαι τῶν Διονυσίων. Brauronia à Braurone, oppido Atticæ, in quo Liberalia libidinis scenam exhibebant. Scholiastes Aristophanis *in patē*: Βραυρὼν πόλις τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾗ τὰ Διονύσια ἤγοντο, καὶ μεθύοντες πολλὰς πόρνας ἥρπαζον. Suidas: Βραυρὼν, τόπος τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾧ τὰ Διονύσια ἤγοντο, καὶ μεθύοντες πολλὰς πόρνας ἥρπαζον. *Brauron ciuitas, siue locus Atticæ, in quo Bacchanalia agebantur, & ebrij multas meretrices rapiebant.*

Liberalium arcana noctu peragebantur. Euripides in Bacchis:

Πενθ. Τὰ δ' ἱερὰ νύκτωρ, ἢ μεθ' ἡμέραν τελεῖς;
Διο. Νύκτωρ τὸ πολλὰ' σεμνότητ' ἔχει σκότος.
Sacra noctu, an per diem agis?
Noctu multa: veneratione habēt tenebræ.

Vnde, vt notat Seruius ad 4. Æneid. *ipsa sacra Nyctelia dicebantur*. Ipsaque adeo maximâ silentij religione continebantur. Pausanias in Atticis, sacra Bacchi ad Alcyoniam paludem commemorans: Τὰ δὲ ἐς αὐτὸν Διονύσε δρώμενα, ἐν νυκτὶ καὶ ἔτος ἕκαστον οὐκ ὅσιον ἐς ἄπαντας ἐμοὶ μνησθῆναι. *Quæ verò circa illam noctu sacra Baccho fiunt, ea mihi nefas scribendo in vulgus efferre.* Θοινία dicebantur, à Bacchi nomine Θοίνε. Hesychius: Θοίνια, θυσία Διονύσε Ἀθήνησι, καὶ θεὸς Θοινίος, Διόνυσος. Ea per vicos siue populos acti-

actitabantur, & tum Γεννῆται sacrificabant. Τὰ κῶ δήμους Διονύσια, Θεοίνια ἐλέγετο· ἐν οἷς οἱ Γεννῆται ἐπέθυον· τὸν γὰρ Διονύσον Θέοινον ἔλεγον. *Per populos Dionysia, Theœnia dicebantur, in quibus Gennetæ sacrificabant. nam Bacchũ Theœnum appellabant.* Γεννῆται vero apud Athenienses vocabantur, οἱ ἐξ αὐτοῦ γένους κοινωνοῦντες, *eiusdem generis participes.* Nam vniuersa ciuium multitudo primùm destinguebatur in φυλὰς· Rursus φυλαὶ trifariam diuidebantur, & vnaquæque pars, τριττὺς, siue φρατρία nuncupabatur. Iam φρατριῶν singulæ in genera triginta distribuebantur. Igitur quī eiusdem generis erant, Γεννῆται nominabantur; ex quorum numero, vnicuique sacro apti sacerdotes, sorte creabantur.

Ὠμοφάγια, Latinè crudiuora, sic appellata, quod Mystæ furentes; & pleni Deo; quoque præsentius numen ostentarent, anguibus reditmiti, crudas carnes ore dilaniarent. Catullus *in nuptiis Pelij & Thetidos:*

Pars è diuulso iactabant membra iuuenco:
Pars sese tortis serpentibus incingebant.

Euripides *in Bacchis:* Στεφανώσατέ τε θρασκήντων στεφάνοις. & paulo post addit: Ὠμοφάγων χάριν. Clemens Alexandrinus in Προτρεπτ. Διόνυσον μαινόλλων ὀργιάζοντες Βάκχαι, ὠμοφαγίᾳ τὴν ἱερομανίαν ἄγοντες, καὶ τελίσκουσι τὰς κρεωνομίας τοῦ φόνου, αἱματωθῶσαι τοῖς ὄφεσιν. &c. *Bacchum celebrant Bac-*

chæ, crudarum carnium esu sacram agentes insaniam, & cæsarum carnium peragunt diuisionem, coronatæ serpentibus. Arnobius *libro 5. Bacchanalia etiam prætermittimus immania, quibus nomen Omophagiis Græcum est. In quibus furore mentito, & sequestratâ pectoris sanitate, circumplicatis vos anguibus, atque vt vos plenos Deinumine, ac maiestate doceatis, caprorum reclamantium viscera cruentatis oribus dissipatis.* Huno verò Bacchum, quem Μαινόλλω Clemēs vocat, eūdem arbitror esse cum eo, quem Plutarchus Ὠμηστὴν appellat: cuius meminit *in Themistocle, Aristide, & Pelopide*, cuique humanâ victimâ litatum scribit.

Bacchi sacra propriè Orgia dicuntur, ἀπὸ τῆς ὀργῆς, quod in furorem Bacchantes agātur. Seruius *ad 6. Aeneid. Orgia proprie Liberi, abusiuè omnium Deorum sacra.* Contrarium omnino docet *ad librū 4. Aeneidos: Sanè sciendum*, inquit, *Orgia apud Græcos dici sacra omnia, sicut apud Latinos Cæremoniæ dicuntur. Sed iam abusiuè sacra Liberi, Orgia vocantur: vel ἀπὸ τῆς ὀργῆς, id est, à furore, vel ἀπὸ τοῦ ὄρους, ex syluis.* Postrema verba non carere mendo videntur: forsitan, *ex montibus*, legendum. nam Bacchantes per montium ardua cursitabant.

Bacchanalia in Ægypto nata Melampus in Græciam transtulit. Herodotus *lib. 2.* Siculus

etiam

etiam Diodorus *libro 1. Antiq. cap. 2.* Plutarchus *libro de Iside, & Osiride*, eorum originem Ægypto imputat, & Isidem esse Græcorum Cererem, Osiridem verò Bacchum, Ægyptiorumq; Παμύλια cum Græcorum Dionysiis conuenire multis argumentis euincit.

Dionysia apud Athenienses in primis celebria fuerunt, sic vt eorum interuallis tempora distinguerent, quę postea per Olympiadas numerare cœperunt. Suidas: Ἔθος ἦν Ἀθήνησι λέγειν τὰ ἔτη, καὶ τὸν ἐπιόντα ἀριθμὸν ἀπὸ τῶν Διονυσίων. Præterea Bacchi sacerdos in spectaculis principem locum obtinebat. Commentator Aristophanis *in Ranas*: Παρὰ τῇ θεᾷ πρεσβεία ἐτιμᾶτο ὁ ἱερεὺς τοῦ Διονύσου. *In spectaculis primo consessu honorabatur sacerdos Bacchi.* His adde quod summus in repub. magistratus illorum curator esset. Pollux *libro 8.* Ὁ Ἄρχων ἄγει τὰ Διονύσια. *Archon disponit Bacchanalia.* Hactenus genera Liberalium, originem, atque dignitatem exposuimus; nunc ad pompæ spectaculum ordo nos deduxit.

Pompa Dionysiorum antiquitus simplex, & sumptuum expers erat, donec opum affluentia sacris etiam, mores suos, luxumque immisit. Plutarchus lib. Περὶ φιλοτιμίας· Ἡ πάτριος τῶν Διονυσίων ἑορτὴ, τὸ παλαιὸν ἐπέμπετο δημοτικῶς, καὶ ἱλαρῶς, ἀμφορεῦσιν οἴνου, καὶ κλήμασι· εἶτα τράγον τις εἵλκεν,

ἄλλος ἰσχάδων ἄρριχον ἡνελίξη νομίζων, ὅπῃ πύσει ὁ φάλλος· ἀλλὰ νυῦ ταῦτα παροράται, καὶ ἡ φαύλοις χρυσωμάτων περιφερομένων, καὶ ἱματίων πολυτελῶν, καὶ ζυγῶν ἐλαυνομένων, καὶ προσωπείων. *Accepta à maioribus Bacchanalium festiuitas antiquitus plebeio more, & hilari agebatur, amphora vini, & palmitis sarmentum, tum aliquis caprum trahebat, sequebatur calathum ficubus plenum gestans, vltimo loco Phallus. Nunc ea negliguntur, & obsoleta sunt, dum interim gestantur aurea pocula, vestes pretiosæ, bigæ agitantur, personatiq; incedunt.* Et quantum prima rudis æui simplicitas mutarit ex Athenæi *libro 5.* manifestum est, vbi Choragium Bacchi describit, quod magnifico prorsus apparatu Antiochus instruxit. Apparatus pompæ constabat Mystis, & ferculis: Mystas voco Bacchantes, & sacris initiatos. Eorũ ornatus, Nebrides, Sindones, Mitræ, Thyrsi, Ferulæ, Pampini, Hedera, Tympana, Tibiæ, Fistulæ, Tintinnabula; de quibus passim Poëtæ, vt Euripides *in Bacchis*; Catullus *in nuptiis Pelei, & Thetidos*; Virgilius *libro 7. Aeneid.* Valer. Flaccus *lib. 2. Argonaut.* Seneca *in Oedipo*; Strabo *lib. 14.* Athenæus *libro 5.* Pausanias *in Corinthiacis*; Phornutus *in Bacchi descriptione*. Sed ea diligentissimè tractarunt Lilius Gyraldus, Natalis Comes; & nouissimè in vnum non pauca congessit Dempsterus *ad Rosinum libro 2. cap.*

2. cap. 11. Quos hac in parte curiositati legentis satisfacturos, neque mihi nunc exscribendos putaui. Vnum modo notandum fuit, ab Aristophane *in Ranis*, Bacchi Mystas coronâ myrteâ redimitos induci:

Πολύκαρπον μὲν τινάσσων
Ἀμφὶ κρατὶ σῷ βρύοντα
Στέφανον μύρτων.
Bacciferam quidem tendens
Circa caput tuum scatentem
Coronam myrtorum.

Quo loco Scholiastes: Μυρσίνης στεφάνῳ ἐστεφανῶντο οἱ μεμυημένοι οὐχ' ὡς τινες νομίζουσι κισσίνῳ. *Myrteo serto coronabantur initiati, non vt aliqui existimant Hederaceo.* Quod tamen omnium authorum consensus rejicit. Atque adeo Lucianus vno hederæ signo Bacchi sacerdotes à reliquorum Deorum Mystis differre non obscurè significat *in Tragopodagrâ*.

Ἦ μὴ τις ὕμνος Βακχείων κωμάζεται;
Ἀλλ' ἐκ ἔπεστι κισσίνη σφραγὶς, κώμης.
Anne hymnus Bacchantium canitur?
Sed non subest hederaceum sigillum comis.

Et Plutarchus alibi rationem reddit. Porro Bacchantum alij Silenorum, alij Satyrorum, atque Panum habitu procedebant. Sic Plutarchus Antonium Liberi Patris æmulum nonnullas ciuitates obiuisse prodidit, atque Ephe-

sum accessisse Bacchicâ pompâ: Εἰς γᾶν Ἔφεσον εἰσόντος αὐτοῦ γυναῖκες μὲν εἰς Βάκχας, Ἄνδρες δὲ καὶ παῖδες εἰς Σατύρους καὶ Πᾶνας ἤγοντο διεσκευασμένοι· κιττῷ δὲ καὶ θύρσων, καὶ ψαλτηρίων, καὶ συρίγγων, καὶ αὐλῶν ἡ πόλις ἐπλέα. *Igitur cum Ephesum ingrederetur, mulieres quidem Baccharum habitu, viri autem, & pueri Satyrorum, atque Panum cultu ornati præibant: Hederâ, Thyrsis, Psalteriis, Fistulis, Tibiis ciuitas plena.* Rursus alij asinis insidebant, alij hircos ducebant, quos immolarẽt, quorumq; pellibus ad Ascolia vterentur. Hoc ornatu instructi vtriusque sexus homines, lymphato cursu ferri, vario motu (vt videre est in Thesmophoriazusis Aristophanis) Choreas, siue Thiasos ductare, tremulis vlulatibus æthera complere, caput iactare; quod huic sacro fuisse velut proprium animaduertas. Euripides Bacchantis gestum ait,

Κρᾶτα σείουσ',

Quò præsens suis pectoribus insidere numen celtaretur.

Καὶ γὰρ Βακχεύσιμον
Καὶ τὸ μανιῶδες μαντικὴν πολλὴν ἔχει
Ὅταν γὰρ ὁ θεὸς εἰς τὸ σῶμ' ἔλθῃ πολὺς
Λέγειν τὸ μέλλον τοὺς μεμηνότας ποιεῖ.

Nam Bacchatio
Et furor vaticinandi vim habet,
Quando Deus in corpus venit multus

Dicere

Dicere futura insanos facit.

Vnde Pindarus Πινδαυχίνας appellat: & Iurisconsultus l. 1. II. *de ædilitio edicto* quæsitum fuisse ait, *Si seruus inter fanaticos non semper caput iactaret, & aliqua profatus esset, nihilominus sanus videretur.* In istâ capitis iactatione crines effundebantur, quos Baccho alere solebant. Euripides:

Ἱερὸς ὁ πλόκαμος, τῷ θεῷ δ' αὐτὸν τρέφω.

Sacer capillus, Deo ipsum nutrio.

Virgilius 7. *Aeneid.*

Te lustrare choros, sacrum tibi pascere crinem.

Et apud Valerium Flaccum *Argonaut.* 2. Hypsiphile Patrem suum Bacchi cultu adornat, vt Lemniadum furori eripiat:

Serta Patri, Iuueniq; comam, vestemq; Lyai
Induit.

Porrò conciti furore, Deoque pleni acclamabant, Εὐοῖ σαβοῖ, Εὐοῖ Βάκχε, vt ex Demosthene, Plutarcho & Poëtis eruditi possunt obseruare. Dionysius Alexandrinus:

Καὶ μὴν λεναίων ἱερὸν χόρον ἐστήσαντο
Σώματι καὶ Νεβρίδας ἅμα σφίσι λάβοντες
Εὐοῖ Βάκχε λέγοντες.

Atque in Lenæis sacras duxere choreas,
Pellibus incincti, simul euohe, Bacche, fremētes.

Et apud Latinos Poëta:

Euohe Bacche fremens.

Atque

Atque hinc ἐυάζειν, & *Euare*. Fuit & illa acclamandi formula, ὦ Ἴακχε. Aristophanes *in ranis*:

Ἴακχ' ὦ Ἴακχε,
Ἴακχ' ὦ Ἴακχε.

Et Athenæus libro 5. Ἱερὰν δὲ Βάκχῳ φωνὴν appellat. Proclus in Chrestomathiâ. Ἰόβακχος ἐν ἑορταῖς, καὶ θυσίαις Διονύσου βεβαπτισμένος πολλῷ φρυάγματι. *Iobacchus canebatur in festis, & sacrificiis Bacchi, tinctus multo, & insolenti fremitu.*

Agmen Bacchantium fercula sequuntur; inter quæ, siquidem ab Osiridis sacro, Liberalia non differūt. vas aquarum primo loco portabatur. Plutarchus *libro de Iside & Osiride*: Καὶ τῶν ἱερῶν αἰεὶ προπομπεύει τὸ ὑδρεῖον· ὅπερ μυεῖ δὲ καὶ θεοῦ. *Ante sacra, in pompâ semper præcedit vas aquarum in honorem Dei.* Deinde Virgines procedebant Κανηφόροι, id est gestatrices cistarum, in quibus omnium fructuum primitiæ, Deo sacratæ, claudebantur. Aristophanes *in Acharn.*

Εὐφημεῖτ', εὐφημεῖτε
Προϊὼν ὡς τὸ πρόσθεν ὀλίγον ἡ κανηφόρος.
Ore fauete, ore fauete,
Procede anterius paulo quæ cistam habes.

Et paulò post:

Κατάθες τὸ κανοῦν ὦ θύγατερ ἵν' ἀπαρξώμεθα.
Depone cistam filia, vt primitias persoluamus.

Scholiastes: Κατὰ τιὼ Διονύσου ἑορτὴν ὧδε τοῖς Ἀθηναίοις αἱ ἀγνεῖς παῖδες κανηφόρουν, ἵν' δὲ ἐκ χρυσοῦ

χρυσᾶ πεποιημένα τὰ κανᾶ, ἐφ' ὧν τὰς ἀπαρχὰς ἀπάντων ἐτίθεσαν. Eadem, quibusdam additis ex Demarato, citat Natalis Comes: Κατὰ τὰ τῶν Διονυσίων ἑορτὴν, παρὰ τοῖς παλαιοῖς Ἀθηναίοις αἱ δὲ δὲ δὲ (lege, δύηβεῖς) παρθένοι, τότε πρῶτον ἡβῶσαι ἐκαν ηφόρουν· ἦν δὲ ἐκ χρυσᾶ πεποιημένα τὰ κανᾶ, ἐφ' ὧν τὰς ἀπαρχὰς ἀπάντων τῶν καρπῶν ἐτίθεσαν. *Per festum Dionysij diem apud priscos Athenienses, Virgines nobiles, quæ ad pubertatem accesserunt, tum primùm canistros ferebant; qui canistri erant ex auro confecti, in quibus omnium fructuum impositæ erant primitiæ.* Sed non solis fructuum primitiis cistas refertas fuisse putandum est, quas tanto horrore venerati sunt, vt his omnes Cæremoniæ contineri videantur. Catullus:

Pars obscura cauis celebrabant orgia cistis;
Orgia quæ frustra cupiunt audire profani.

Valerius Flaccus:

Tacitâ plenas formidine cistas.

Versus orgiorum symbolici erant: Ἐκ τυμπάνου, βέβρωκα, ἐκ κυμβάλου πέπωκα, γέγονα μυστικός. *Ex tympano edi, ex cymbalo bibi, mysteria Religionis perdidici.* Item: Χαῖρε νύμφιε, χαῖρε νέον φῶς: *Salue sponse, salue nouum lumen.* Firmicus cap. 19. & 20. Non potuere tamen orgiorum arcana latere SS. Patres, qui superstitionem tenebrarum fide ac silentij se defendentem protulerunt in lucem, vt eius partim vanitas; partim fæ-

fœditas à pertinaciâ stolidi erroris animos hominum auerteret. Igitur Clemens Alexandrinus cistas illas, à quibus profani arcebantur, aperire non veritus, effecit, vt meritò tritum sermone prouerbium objiciamus, ὁ'υδὲν ἱερὸν. Verba illius ex Προτρεπτικῷ sunt hæc: οἷαι δὲ ἡ αἰ κίστη αἱ μυστικαί; δεῖ γὰρ ἀποκρυπτομένους τὰ ἄγια αὐτῶν, καὶ τὰ ἄῤῥητα ἐξαγγέλλειν· οὐ σησαμοῖ ταῦτα καὶ πυραμίδες, καὶ τολύπαι, καὶ πόπανα πολυόμφαλα, ; Χίνδροι τε ἀλῶαι, & δράκων, ὄργιον Διονύσου Βασσάρου; οὐχὶ ὧδε ἔχει; πρὸς τὰς δὲ, & καδίσκας, ναρθηκίς τε, & κιστίδες; πρὸς δὲ & φῆγος, καὶ μήκωνες· ταῦτ' ἐστιν αὐτῶν τὰ ἄγια. *Quales autem sunt cistæ eorum mysticæ? oportet enim sancta illorum reuelare, & arcana enunciare. Nonne ea sunt Sesama, Pyramides, & lana bene elaborata, Libaq, multis distincta umbilicis, salisq, micæ, & Draco, orgiũ Dionysij Bassari? an non mala punica, atque etiam corda, ferulæ, & hederæ? & præterea placentæ & papauera.* Apud Plutarchum, *in Alexandro*, Olympias, Bacchi ὀργιασμὸς repræsentans, ὄφεις μεγάλους, ἐκ τῶν κίστῶν, καὶ τῶν μυστικῶν λίκνων προσαναδυόμενους. *Angues ingentes ex hederâ, & mysticis cistis proreptantes*, adaugendam venerationem ostentabat.

Post Καινηφόρους nouâ spectaculi facie curiosos oculos detinebant Φαλλοφόροι. Aristophanes:

Ὦ Ξανθία σοφῶν δ' ἐστὶν ἔργον ἐκτέον
Ὁ φαλλὸς ἐξόπισθε τῆς καινηφόρου.

O Xan-

O Xanthia vobis rectus habendus est
Phallus, retro cistiferam.

Φαλλὸς autem est, ξύλον ὀπίμηκες ἔχον ἐν τῷ ἀκρῷ σκύτινον αἰδοῖον ἐξηρτημένον. *Lignum oblongum, habens verendum ex summitate suspensum.* Vnde ipsam solennitatem Theodoretus libro 3. *Græc. affectionum* Φαλλαγωγίαν appellat: καὶ τὸν ἅγιον Διονύσου Φαλλὸν ἐν τῇ Φαλλαγωγίᾳ περιφέρουσι τῶν ὀργιαζόντων περισκιώμενον. vocarunt etiam Περιφαλλίαν. Hesychius: Περιφαλλίοις πομπὴ Διονύσῳ πεμπομένη τῶν Φαλλῶν. Sequebatur deinde chorus cantantium φάλλικα ἄσματα, id est, vt notat Aristophanis interpres: τὰ ἐπὶ τῷ Φαλλῷ ᾀδόμενα μέλη. Aristophanes *in Acharnan.*

Ἐγὼ δ' ἀκολουθῶν ἄσομαι τὸ Φαλλικόν.

Ego vero sequens canam carmen Phallicum.

Phallophororum ornatum describit Athenæus libro 14. οἱ δὲ Φαλλοφόροι προσωπεῖον μὲν οὐ λαμβάνουσι, στολὴν δὲ ἐξ ἑρπύλλου πεπιεσμένοι, καὶ παιδέρωτας ἐπανώτατα ἐπιπήξαντες, στέφανόν τε δασὺν ἴων, καὶ κιττοῦ, ἀναξυρίδας τε ποικιλοβεβλημένοι παρέρχονται. *Pollophori personam faciei non admouent, sed hederaceum integumentum circumponunt è serpyllo, achantho superiniecto, coronam densam ex violis & hederâ gestant, amictiq; Lanâ procedunt.* Et paulò post: ὁ δὲ Φαλλοφόρος ἰὼν βαδίζων, κατεσμηνθεὶς αἰθάλῳ. *Phallophorus incedit recta, oppletus fuligine.* Phalli pompa, vt & aliæ, Religionum,

num, doctrinarumq; peruersitates ab Ægyptiis fluxerunt. Qui tamen in eo differunt à Græcis, quod vice pudendorum ex ligno dependentium homunciones circumducerent eximiè peculiatos, quorum muto tantùm moueretur. Herodotus lib. 2. Ἀγάλματα τὰ Φαλλῶν, ἄλλα σφι ἐστὶν ἐξευρημένα ὀσονιτε πηχυαῖα ἀγάλματα νευρόσπαστα, τὰ περιφορέουσι κατὰ κώμας αἱ γυναῖκες, νεῦον τὸ αἰδοῖον οὐ πολλῷ τέῳ ἔλασσον ἐὸν τοῦ ἄλλου σώματος· προηγέεται δὲ αὐλός· αἱ δὲ ἕπονται ἀείδουσαι τὸν Διόνυσον· διότι δὲ μεῖζόν τε ἔχει τὸ αἰδοῖον, καὶ κινέει μοῦνον τοῦ σώματος, ἔστι λόγος περὶ αὐτοῦ ἱερὸς λεγόμενος. *Loco Phallorum sunt ab iis excogitata statuæ cubitales, quæ fidiculis tractæ feruntur, quas fœminæ gestant circum pagos, mentulâ nutante, quæ propemodum est instar reliqui corporis. & Tibia præit, quam fœminæ Bacchum canentes sequuntur. Cur autem mentulam habeat iusto maiorem statua, & vnum corporis membrum agitet, redditur ab iis sacra ratio.* Eadem memorat Lucianus *lib. de deâ Syriâ.* Scholiastes Aristophanis *in nebulis.* Igitur Melampus, qui Græcos Liberalia docuit, statuas omisit, & Phallos retinuit. Herodotus: Ἕλλησι γὰρ δὲ Μελάμπους ἐστὶ ὁ ἐξηγησάμενος τοῦ Διονύσου τὸ ὄνομα, καὶ τὴν θυσίην, καὶ τὴν πομπὴν τοῦ Φαλλοῦ. *Melampus enim est, qui Græcis Dionysij nomen, & sacrificium & pompam Phalli monstrauit.* Et paulò post: Τὸν δὲ ὧν Φαλλὸν, τὸν τῷ Διονύσῳ πομπεύομεν Μελάμπους

λάμπους ἐστὶ ὁ ἀπηγκοάμενος καὶ ἀπὸ τούτου μαθόντες ποιοῦσι, τὰ ποιοῦσι Ἕλληνες. *Phallum, qui Baccho circumfertur, Melampus introduxit, & ab eo edocti Græci faciunt ea, quæ faciunt.*

Causam φαλλοφορίας, vt ostendit Herodotus, arcanam Mystæ iactabant, cuius maiestatem augere silentio volebant. Atque hinc plerumque authores, cum ritus sacrorum enarrãt, ipsa mysteriorum penetralia non aperiunt, à quibus se religionis prohiberi metu profitentur. Diodorus Siculus Osiridem eundem cum Baccho statuens hanc refert originem. Osiridem duce Typhone coniurati fratres dilacerarunt, membra partiti, quo fidem inter se firmarẽt, & mors occultior foret. Virile membrum omnes aspernati, in Nilum abiecerunt. Postea Isis mariti necẽ vlta, partes omnes recuperauit, excepto pudendo: quod vbi deesse vidit, imaginem eius formauit, & in solatium doloris, tanto honore prosecuta est, vt illi sacra cęremoniasque instituerit, in quibus Phallus appellaretur. Plutarchus huius fabulæ turpitudinem quodam interpretationis velo tegere conatur. Osiridis aut Bacchi nomine rerũ intelligi principium, quod vi generandi multiplicat ea, quæ ex illo producuntur. Atque eam ob causam, non modo Phallos, sed etiam Bacchi imaginem circumferri, cuius triplex est pudendum. Addit præ-

præterea: Καὶ γὰρ ὁ προστιθέμενος τῷ μύθῳ λόγος, ὡς τὸ Ὀσίριδος μόριον ὁ Τυφὼν τὸ αἰδοῖον ἔρριψεν εἰς τὸν ποταμὸν, ἡ δ' Ἶσις οὐχ εὗρεν, ἀλλ' ἐμφερὲς ἄγαλμα ἐποίησε, καὶ κατασκευάσασα, τιμᾶν καὶ φαλλοφορεῖν ἔταξεν, ἐνταῦθα δὲ προσχωρεῖ, διδάσκων ὅτι τὸ γόνιμον, καὶ τὸ σπερματικὸν τοῦ θεοῦ πρῶτον ἔσχεν ὕλην τὴν ὑγρότητα, καὶ δι' ὑγρότητος ἐνεκράθη τοῖς πεφυκόσι μετέχειν γενέσεως. *Quæ enim fabulæ rei additur, membrum Osiridis in flumen fuisse à Typhone abiectum, & Isidem cum id non inueniret, simulachrum eius adornasse, idq; vt honoraretur, & Phallus gestaretur, instituisse: ea huc facit, docetq; genitalem vim & semen Dei pro materiâ primâ habuisse humorem, & humoris interuentu coaluisse cum his quæ nascendi facultate erant prædita.* Par est ratio cur in pompâ præferretur aqua, & ficus folio Regem depingerent; quod illam videlicet omnium rerum materiam existimarent; huius autem forma partem generationi dicatam repræsentaret. Cæterum Diodori narrationem respexit Clemens Alexandrinus *in Protreptico*; & Arnobius *libro 5. Sed & illa desistimus Bacchanalia alterâ prædicare, in quibus arcana, & tacenda res proditur, insinuaturq; sacratis, vt occupatus puerilibus ludicris, distractus à Titanibus Liber sit, vt ab iisdem membratim sectus, atque in ollulas coniectus coqueretur; quemadmodum Iupiter suauitate odoris illectus, inuocatus aduolarit ad prandium,*

dium, compertaq; re graui, grassatores obruerit fulmine, atque in imas Tartari præcipitauerit sedes,&c. Vtriusque scriptoris locos conferant studiosi, & alterum alterius egisse interpretem agnoscet.

Verum Aristophanis Scholiastes aliam narrat Φαλλοφορίας occasionem. Ἵστατο δὲ Φαλλὸς τῷ Διονύσῳ καὶ τι μυστήριον· ἀφ' οὗ δὲ αὐτὸ ἔδρασε Φαλλᾶ πάσχει λέγεται· Πήγασος ἐκ τῆς Ἐλευθηρῶν (Ἐλευθῆραι δὲ πόλις εἰσὶ Βοιωτίας) λαβὼν τὸ Διονύσου τὰ ἀγάλματα ἦκεν εἰς τὴν Ἀττικήν. Οἱ δὲ Ἀττικοὶ οὐκ ἐδέξαντο μετὰ τιμῆς τὸ θεὸν· ἀλλ' οὐκ ἀμοιβῆς αὐτοῖς ταῦτα βεβουλευμένοις ἀπέβη· μανέντας γὰρ ὑπὸ θεοῦ νόσος κατέσκηψεν εἰς τὰ αἰδοῖα τῶν ἀνδρῶν καὶ τὸ δεινὸν ἀνήκεστον ἦν· ὡς ἤδη ἀπειπόντων πρὸς τὸν νόσον κρείττω γνομένην πάσης μαγγανείας, καὶ τέχνης, ἀπεξελήσειν θεωροῦσι μὴ δυναμένης. Οἱ δὲ ἐπανελθόντες ἔφασαν ἴασιν εἶναι μόνην τοιάνδε, εἰ διὰ πάσης πομπῆς ἄγοιεν τὸ θεὸν· πεισθέντες οὖν τοῖς ἠγγελμένοις οἱ Ἀθηναῖοι, Φαλλοὺς ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ κατεσκεύασαν· καὶ τοῦτοις ἐγείρουσι τὸν θεὸν· ὑπομιμνήσκουσι γὰρ πάθους. *Institutus Baccho Phallus ob aliquod mysterium. De Phallo autem talia dicuntur. Pegasus ex Eleutheris (Eleutheræ sunt Bœotiæ ciuitas) acceptis Bacchi signis in Atticam venit. Attici vero non cum honore Deum exceperũt: quod non impune talia molientibus abiit. Irato enim Deo morbus virorum pudenda inuasit. & iam insanabile malum euadebat. Superante*

igitur remedia morbo, misi Theori: qui reuersi vnum remedium esse dixerunt, si omni honore Deus afficeretur. Athenienses nuncio persuasi, Phallos priuatim, & publicè pararũt, quibus Deum honorarunt, facientes monumentum affectionis. Sed Christianorum Doctores altiùs arcana rimati, propudiosam fædissimi ritus originem inuenerunt; vtque detestandæ superstitionis fundamenta subruerent, ex occulto in aperta protulerunt. Theodoretus *libro 7. Græcanicarum affectionum*, siue, *sermone de Martyribus*: Ἀλλ' ὅμως καὶ οὗτος ἡσίωθη τιμῆς, γνώμης ὢν καὶ ἡλυθρίας, καὶ Ἀνδρόγεω· καὶ γὰρ τοῖς ὀπισθερῶσι μισθὸν ἐπῆγετο δώσειν, οὐ χρυσὸν, ἢ ἄργυρον· ἀλλὰ τὴν ὕβριν & σώματος· καὶ οὕτως ἐκεῖ τὸ βδέλυρὸν ἐκείνου ἐπόχεσιν ἐγίνετο φιλαληθὴς, ὡς τὸ βεβοηθηκότων τετιλωθηκότων πεῖν ἢ δέξασθαι τὸν πλουθρύλλητον ἐκεῖνον μισθὸν, ἑτέρως ὀπινοῆσαι τὸ τῆς ἐπαγγελίας ἐκπλήρωσιν· & σιωπῶ τὸ σύκινον πέος, ἢ τὰ ὀπὶ τούτῳ τελούμενα αἰσχύνομαι λέγειν, ἐφ' οἷς ἐπαινηγύριζον Ἕλληνες. *Et tamen diuinis etiam honoribus affectus. Ad hæc mollis, effœminatus, semiuir. Cur enim talis non haberetur, qui suppetias sibi ferentibus mercedem se daturum pollicebatur, non aurum, non argentum, sed corporis sui stuprum. Cuius tam tetri, abominabilisq; polliciti, adeò certus executor fuit, vt auxiliaribus prius vitâ functis, quam probrosam illam mercedem accepissent: ipse tamen aliam implendi*

pro-

promiſſi rationem excogitarit. Taceo ficulneum veretrum, quæq; circa illud myſteria, rituſq; habentur. Pudet enim ea me referre, quibus olim Græci ſolennitates dicarunt. Arnobius *lib 5. Ithyphallorum illa, faſcinorumq; ſubrectio, quos ritibus annuis adorat, & concelebrat Græcia, nonne illius facinoris ſimilitudinem refert, quo ſe à debito Liber liberauit?* Ipſum autem facinus prolixâ narratione perſequitur idem author libri iam laudati paginâ 167. Sed rei turpitudo tam felici ſtylo depingitur, vt pudoris interſit, ne legenda pluribus in locis exhibeatur.

Phallorum pompam excipiebant Ithyphalli muliebrem veſtem induti. Heſychius: Ἰθύφαλλοι οἱ ἱστιόρχοι, καὶ ἀκολουθοῦντες τῷ φαλλῷ γυναικεῖαν ἔχοντες στολήν. *Ithyphalli periuri, & qui Phallum ſequuntur, muliebrem habentes ſtolam.* Hos Athenæus deſcribit libro 14. οἱ δὲ Ἰθύφαλλοι καλάμβυροι ποσοστωτεῖον μεμυόντων ἔχουσι, καὶ ἐστεφάνωνται, χρυσοῦς αὐθίνας ἔχοντες· χιτῶσι δὲ χρῶνται μεσολεύκοις, καὶ περιζώνται Ταραντίνιον κάλυπτον αὐτοὺς μέχρι τῶν σφυρῶν. *Ithyphalli, quos vocant, perſonas ebriorum induunt, coronas geſtant; & manicis florido colore tinctis manus operiunt. Tunicis veſtiuntur albo diſtinctis. Tarentino amictu præcinguntur ad malleolos vſque demiſſo.*

Quo ordine vannus geſtaretur haud liquet: ſed abſque eâ Bacchi ſacra non fuiſſe celebra-

ta, constat; vnde à Virgilio libro 1. Georgic. dicitur:

Mystica vannus Iacchi.

Seruius ad hunc locum: *Mystica Iacchi ideo ait, quod Liberi patris sacra ad purgationem animæ pertinebant; & sic homines eius mysteriis purgabantur, sicut vannis frumenta purgantur. Hinc est quod dicitur Osiridis membra à Typhone dilaniata Isis cribro superposuisse: nam idem est Liber pater in cuius mysteriis vannus est; quia vt diximus, animas purgat; vnde Liber, ab eo quod liberet, dictus: quem Orpheus à Gigantibus dicit esse discerptum. Nonnulli Liberum patrem* Λικνίτην *appellant. Vannus autem apud eos* λικνὸς *nuncupatur, vbi de more positus esse dicitur, postquam est vtero matris editus.* Hactenus Seruius. & certè Bacchus à Plutarcho Λικνίτης nominatur *in libello de Iside, & Osiride.* Athenæus libro 5. in pompâ Bacchi describendâ mentionem quoque facit τῶν λικνῶν. Hæc autem qui ferebant, Λικνοφόροι dicebantur. Harpocration *ex Demosthenis Oratione contra Ctesiphontem*: Τὸ λικνὸν πρὸς πᾶσαν τελετὴν, καὶ θυσίαν ἁρμόδιόν ἐστιν· ὁ τοίνυν φέρων λικνοφόρος λέγεται καὶ. *Vannus ad omnia initia, & sacrificia, commoda est. Qui illam fert, Licnophorus dici potest.* Multa dictu visuque fœda, ad animos populi diffundendos, in pompâ Mystæ perpetrabant. Quos propterea D. Gregorius,

Ora-

Oratione εἰς τὰ ἄγια φῶτε, esse dicit αἰσχρὰς καὶ τοῖς σήμασι, καὶ τοῖς πεδάγμασιν. *Turpes & signis & factis*. D. Augustinus *lib. 6. de ciuitate Dei, capite 21.* turpitudinis licentiam, & exultantem in propatulo nequitiam gentibus exprobrat, matronam facere in publico: quod nec meretrix, si matronæ spectarent, permitti debuit in theatro. Et grauissimè Theodoretus: Ἐν δὲ πάντας τὰ ὁμηγύρεσι τὰῦ εἰδωλα ἀκολασίας ἀδεῶς ἐτολμᾶτ' καὶ γὰρ αἱ τελεταὶ, καὶ τὰ ὄργια, τὰ τέτων εἶχεν αἰνίγματα, τὰ μὲν Ἐλλάσις, ἡ Φαλλαγωγία ἢ τὸν Φαλλὸν· ἀπὸ δὲ καὶ δίκα τὰ αἰνιγμάτων, τὰ ὡδὶ τῶν ὀργιασῶν δρώμενα, εἰς πᾶν εἶδος ἀσελγείας τὰς ὁρῶντας ἠρέθιζε. Τίς γὰρ ἄγαν λαγνιςάτων, ἔνδον ἐν τῷ θαλάμῳ τετόλμηκε ποιᾶσαι, ὅπερ ἐ Σατύρων ὁ χόρος ἠσέλγησε δημοσίᾳ πομπεύων. *In eiusmodi vero conuenticulis omne flagitiorum genus patrabatur. Initia enim Cereris, & Liberi Patris Orgia, eorum scelerum quædam inuolucra prætendebant. Eleusis namque pectinem ostentabat; Veretrum autem Phallagogia Baccho dedicata. Sed enim citra ænigmatum inuolucra, ipsa quoq; Orgia, quæ à celebrãtibus fieri cernebantur, ad omne flagitiorum genus facile spectantes incitabant. Quis enim vel salacissimæ libidinis homo, intra cubiculi penetralia, ea patrare vnquam est ausus, quæ Satyrorum Chorus publicâ in pompâ flagitiosè exhibuit?* Nam & Satyri in hanc pompam producebantur arre-

cto pene; quod tamen ipsi rei diuinæ signum, autumabant, vt author est Aretęus lib. 2. Acutorum cap. 12.

Quam fœda porrò ciuitatis facies, vbi tanta lasciuiæ irritamenta, quæ prauis religionibus captas hominum mentes, velut furialibus stimulis ad omne scelus, & ad omnem libidinem agerent. His addeludos voluptatum illices, & noua comœdiarum spectacula, in quibus etiam flagitiosa iocorum libertas, plausum merebatur. Iam commessationes adeo insanæ, vt sobrius pro tetrico nimiumque seuero haberetur. Certè Plato *libro 1. de Legibus* dicere non erubescit, Πάσαν ἑωρακέναι τὴν πόλιν ὡς τὰ Διονύσια μεθύουσαν. *Totam vidi ciuitatem in Bacchanalibus temulentam.* Hic in publico furor: quid igitur corruptelæ defuisse putemus, vbi licentia tenebrarũ accesserat. Facundissimè Liuius *lib 9. Decadis 4. Ex quo in promiscuo sacra sint, & permisti viri fœminis & noctis licentia accesserit; nihil ibi facinoris, nihil flagitij prætermissum, plura virorum inter sese, quam fœminarum esse stupra. Si qui minus patientes dedecoris sint, & pigriores ad facinus, pro victimis immolari nihil nefas ducere: hanc summam inter eos religionem esse. Viros velut mente captos cum iactatione fanaticâ corporis vaticinari. Matronas Baccharum habitu, crinibus passis, cum ardentibus fæcibus de-*

currere

currere ad Tyberim, &c. Quamobrem iure merito Romana grauitas illam sceleratum officinam S.C. sustulit, & curauit, vt omnia Bacchanalia Romæ primùm, deinde per totam Italiam diruerentur.

ΔΙΟΣ ΒΟΥΣ.

Iouis bos. Inuenio apud Hesychium esse festum Milesiorum: Διὸς βοῦς, ὁ τῷ Διὶ αἴνετος βοῦς· ἐστὶ δὲ ἑορτὴ Μιλησίων *Iouis bos, Ioui dicatus bos: est autem festum Milesiorum.*

ΕΙΡΕΣΙΩΝΗ.

RAmus oleæ, quem supplices olim tendere solebant, vulgato Ἱκετηρίας nomine significatur. Eodem quoque sensu Εἰρεσιώνην authores vsurparũt. Plutarchus in Theseo describit, κλάδον ἐλαίας ἐρίῳ μὲν ἐστεμμένον, παντοδαπῶν δὲ ἀπαρχῶν πλεγμάτων. *Oleæ ramum lanâ obuolutum, variis fructuum primitiis oneratum*: & addit, ὥσπερ τότε τὰς ἱκετηρίας, *qualia tunc supplicia*. Hesychius: Εἰρεσιώνη, κλάδος ἐλαίας. Scholiastes Aristophanis *ad equites*: κλάδος ἐλαίας ἐρίοις περιπεπλεγμένοις ἀναδεδεμένος· ἐξήρτητο δὲ αὐτοῦ ὠρῶν πάντων ἀκρόδρυα.

δρυα. *Ramus Oleæ circumuolutis lanis innexus, ex quo dependebant omne genus fructuum.* Sic Eustathius ad Odyss. xx. Sic Suidas. Sophocles autem fructus, & alia appensa ramo commemorat:

Ἦν μὲν γὰρ ἔριος μαλλὸς, ἐν δέ κ' ἀμπέλων
Σπονδήτε, κἠ ῥᾴξ ἐντεθησαυρισμένη·
Ἐνῆν δὲ συμμιγὴς ὅλαις παγκαρπία,
Λίπος τ' ἐλαίᾳ, Ϛ τὸ πικυλώδαγον
Ξανθῆς μελίσσης κηρόπλασον ἔργνον.
Erat enim vellus, & erat vitium
Libamen, vuaq; probè recondita:
Eratq; fructus mistus omnis generis,
Pinguedoq; oliuum, variumq; maximè
Flauæ quod apis munere fit Cereum.

Ἐιρεσιώνης ergo, non secus, atque ἱκετηρίας acceptio communis est; atque adeo non repugnat illam in Oschophoriis, & Pyanepsiis locum habuisse. Quamuis eorum veluti partem fuisse, nec peculiare festum constituisse quispiam non iniuriâ contendat. Tamen ego destinguam, & quæ ad singula pertinebunt ordine suo digeram; Lectori faciens libertatem referendi quò libuerit. Igitur Ἐιρεσιώνη speciatim ramus est oleæ omni fructuum genere oppletus, quem statо tempore quotannis sacrabant, & postibus ædium affigebant, ad auerruncanda mala sterilitatis, quæ ipsarum quoque Cere-

monia-

moniarum causam præbuisse fertur Scholiastes Aristophanis *ad Equites* Οἱ μὲν τὴν Εἰρεσιώνην εἰσέπι καὶ νῦν· τοῖσι δὲ τοῦτο, καὶ παλαιόν τι χρηστήριον. Οἱ μὲν γὰρ Φασιν ὅτι λιμὸς, οἱ δὲ ὅτι καὶ λοιμὸς τὸ πᾶσαν κατέχοντος οἰκουμένην, χρωμένων τίνα αὖ τρόπον παύσαιτο τὸ δεινὸν· τὴν λύσιν πυθέσθαι τὸν Πύθιον ἐμαντεύσατο· εἰ ποιήσειαν (lego προηρόσια) ὑπὲρ ἁπάντων Ἀθηναῖοι θυσίαν· θυσάντων δὲ Ἀθηναίων, τὸ δεινὸν ἐπαύσατο. *In hoc usque tempus Eiresionem constituunt. Illud verò faciunt ex quodam oraculo. Nam fame, vt quidam aiunt, aut peste, vt alij volunt, vniuersam terram occupante, & sciscitantibus quomodo malum sedaretur; Respondit Pythius, remedio futurum, si Proerosia pro omnibus Athenienses facerent. Postquam igitur Athenienses sacrificassent, malum cessauit.* Proerosia, sacrificium est ad felicitanda aratri opera institutum, quod etiam vocabant Proacturia. Hesychius: Προηρόσια, τὰ πρὸ τῶν ἀρότων θύματα, καὶ ὁ Δῆμος δὲ αὐτὰ Προακτήρια καλεῖ. *Proerosia sunt ante arationem sacrificia. & Demus ea Proacturia vocat.* Corrigendus igitur in Aristophanis Scholiaste locus: οἱ μὲν γὰρ Φασιν ὡς λιμὸς πᾶσαν τὴν γῆν κατέχοντος, ὁ θεὸς εἶπε, ποιῆσαι ὑπὲρ ἁπάντων θῦσαι θυσίαν τοὺς Ἀθηναίους. Lege: προηρόσια ὑπὲρ ἁπάντων θῦσαι Ἀθηναίους. Nam quod additur θυσίαν, glossema est explicantis προηρόσια; quod ex margine in contextum irrepsit.

Id

Id verò sacrificium Cereri fiebat. Suidas: ὁ Διὸς εἶπε, προκρόσια (lege προηρόσια) τῇ Δηοῖ. Tamen antè dixerat Apollini factum: Ἀπορίας (malè, vt etiam apud Eustathium, ἀφορίας) κατεχόσης τὴν πόλιν κατασχόντες ἐρίοις ἱκετηρίαν ἀνατεῖναι τῷ Ἀπόλλωνι. Cæterum ad gratam rei memoriam, & in perpetuum accepti beneficij monumentum; ex omnibus locis, Athenas fructuum primitiæ mittebantur. Comici Schol. Καὶ οὕτως ὥσπερ χαριστήριον, οἱ πανταχόθεν τοῖς Ἀθηναίοις ἐξέπεμπον τῶν καρπῶν ἁπάντων τὰς ἀπαρχάς. *Itaque velut in gratiarum donum vndique Atheniensibus mittebant fructuum omnium primitias.* Idem author ad Plutum Aristophanis hæc ipsa repetit: sed ibidem latiùs exponit ea quæ ramo oleæ appendebantur. Εἰρεσιώνη, inquit, θαλλὸς ἐλαίας, ἢ δάφνης, ἐξ ἐρίων, καὶ θαλλῷ συμπεπλεγμένος, ἔχων ἄρτον ἐξηρτημένον, καὶ κοτύλην, καὶ σῦκα, καὶ πάντα τὰ ἀγαθά. *Eiresione ramus oleæ, vel lauri, ex lana, & oleæ ramo connexus, habens panem dependentem, & cotylam, & ficus, & omnia bona.* Ianuis affigi solitam dixi, quod cùm fieret puer ἀμφιθαλής, id est, Patrimus & Matrimus hos versus accinebat:

Εἰρεσιώνη σῦκα φέρει, καὶ πίονας ἄρτους,
Καὶ μέλι, καὶ κοτύλην, καὶ ἔλαιον ἀναψήσασθαι.
Καὶ κύλικ' ὄζωρον ὡς ἂν μεθύσασα καθεύδῃ.
Fert ficus, pingues & panes Eiresione,

Et

Et melin cotylâ, atq; oleũ quo te vngere possis:
Fæcundum & Calicem, sopiaris vt ebria somno.

Extant apud Plutarchum in Theseo, Clementem Alexandrinum in principio 4. Stromat. Scholiasten Aristophanis ad Plutum, & ad Equites, Eustathium ad librum 10. Iliados, & apud Suidam. Verùm elapsâ demum solennitate ostio appendebatur. Μετὰ δὲ τὴν ἑορτὴν, inquit Eustathius, ἔξω ἀγρῶν πήσσει πρὸς τὰς θύρας, *Post festum, extra agros ponunt ante fores.* Seruabaturque integra, donec anno reuoluto noua reponeretur. Hinc Aristophanes in Pluto, præcedentis anni eiresionem subito flammas concipere prouerbij formâ dixisse videtur:

Ἐὰν γάρ αὐτὴν εἷς μόνος σπινθὴρ λάβῃ
Ὥσπερ παλαιὰν εἰρεσιώνην, καύσεται.
Si ipsam vna scintilla apprehenderit,
Velut antiquam eiresionem comburet.

Hinc etiam apud eundem Aristophanem in equitibus, Demosthenes inclamat:

Τίνες οἱ βοῶντες; οὐκ ἄπιτ' ἀπὸ τῆς θύρας;
Τὴν Εἰρεσιώνην μοῦ κατεσθίετε.
Qui clamant? non abitis ab ostio?
Eiresionem meam discerpsistis.

ΕΚΑ-

ΕΚΑΛΗΣΙΑ.

HEcale Theseum hospitio excepit; cumq; aduersus Taurum Marathonium iret, pro ipsius incolumitate vota nuncupauit. Sed reducem, & victorem intueri morte præuenta non potuit quo respexit Poëta:

Aequalis tibi, quam domum reuertens,
Theseus repperit in rogo iacentem.

Sed eius pietati festum deuota Theseo posteritas consecrauit. Plutarchus: Ἡ δὲ Ἑκάλη, καὶ τὸ περὶ αὐτὴν μυθολόγημα καὶ ξενισμὸς, καὶ τὸ ὑποδοχῆς ἔοικε μὴ πάσης ἀμοιρεῖν ἀληθείας· ἔθυον γὰρ Ἑκαλήσιον, εἰ περιέξ δῆμοι συνίοντες Ἑκάλῃ Διΐ, καὶ τὴν Ἑκάλην ἐτίμων, Ἑκαλίσια ὑποχωριζόμενοι, ἀφ' ὧν καὶ ἀκείνην νέον ὄντα κομιδῇ τὸν Θησέα ξενίζουσαν, ἀπαγγέλλειν πρεσβυτικῶς καὶ φιλοφρονεῖσθαι τοιούτοις ὑποκορισμοῖς· ἐπεὶ δὲ ἤυξατο μὴ ὑπὲρ αὐτοῦ τῷ Διὶ βαδίζοντος ὅπλα τὸν μάχιμον, εἰ σῶς ἀφίκοιτο, θύσειν, ἀπέθανε δὲ πρὶν ἐκεῖνον ἐπανελθεῖν, ἐχέτας εἰρημένας ἀμοιβὰς τῆς φιλοξενίας, καὶ Θησέως κελεύσαντος, ὡς φιλόχεω ἱσόρρεπεν *Hecale, & quæ de illâ fabula hospity, & conuiuij memoratur, non omnino apparet ex vano esse. Sacrum Hecalesium circumiecti populi, concilio indicto, Ioui Hecalo faciebant, & Hecalen colebant, diminutiuo nomine Hecalenen appellantes: quod illa quoque iuuenem admodum hospitio*

spitio excipiens Theſea, ſenum more ſalutaſſet, & blandita fuiſſet ei diminutis nominibus. Quæ quia pro eo ad pugnam progrediente, ſi ſoſpes reuertiſſet, Ioui vouerat hoſtias, diem autem ſuum ante illius reditum obierat, hæc retulit hoſpitalitatis iuſſu Theſei præmia, vt Philochorus tradidit. Atque hoc eſt, quod Petronius ſacris dignam Hecalen ait:

Qualis in Actæâ quondam fuit hoſpita terrâ
Digna ſacris Hecale; quam muſa loquentibus annis
Battiadæ veteris viuendo tradidit æuo.

Ε'ΚΑΤΗ'ΣΙΑ.

Ε'κατήσια apud Pollucem lib. 1. cap. 1. Ε'κάτης ἑορτή. *Hecatæ feſtum:* Quod maximâ celebritate Stratonicenſes agere quotannis ſolebant. Strabo lib. 14. Ε'ϛι ὴ ἐν τῇ χώρᾳ τῶ Στρατονικέων ἐν μὲν Λαγάνοις τὸ τῆς Ε'κάτης ὀπιφανέϛατον ἱερὸν, πανηγύρεϛ μεγάλας συνάγον κατ' ἐνιαυτόν. *In agro Stratonicenſium Laganis, Hecatæ ſacrum eſt illuſtriſſimum, vbi quotannis magni agitantur cõuentus.* Apud Tacitum *lib. 3. annalium*, cum Senatus numinum cultus introſpiceret, Stratonicenſis Iouis, & Triuiæ religionem tuebatur. Nec minori veneratione Deam proſecuti ſunt Athenienſes, qui eam, velut πάντων ἔφορον, καὶ κυ-

ρωτέρ-

ρότροφον, omnium præsidem, & puerorum nutriculam obseruarunt. Quocirca statuas illi prę foribus erigere solebant, quæ Ἑκαταῖα dicebantur. Hesychius: Ἑκαταῖα, τὰ πρὸ τῶν θυρῶν Ἑκάτης ἀγάλματα. *Hecataea, ante fores, Hecatæ simulachra.* Vnde Æschylus: Δέσποιν' Ἑκάτη τῶν βασιλείων πρόδρομε μελάθρων. *Domina Hecate, regiarum tustos ædium.* Aristophanes *in vespis:*

Κ' αὖ τοῖς προθύροις αὐτοικοδομήσ' ἅπας αὐτὴ
Αὑτῷ δικαστηρίδιον μικρὸν πάνυ,
Ὥσπερ Ἑκαταῖον τι καθεζόμενος πρὸ τῶν θυρῶν.
Et in vestibulis exædificabit quisque vir
Sibi tribunal paruum omnino,
Velut Hecataeum vbique ante ianuas.

Scholiastes: Ἑκαταῖον ἱερὸν Ἑκάτης· ὡς τῶν Ἀθηναίων πανταχοῦ ἱδρυμένων αὐτῆς, ὡς ἔφορον πάντων, καὶ κουροτρόφον. *Hecataũ, statuã Hecates; sic vt eam vbiq; Athenienses, velut omnium præsidem & puerorum altricem collocarent.* Prætèrea in cuiusque nouilunij die, quam Plutarchus ἱερωτάτην ἡμερᾶν appellat, tanquam Deæ auertenti cœnam in Triuio diuites exhibebant, quam pauperes illicò vorabant. Aristophanes *in Pluto:*

Παρὰ τῆς Ἑκάτης ἔξεστιν τοῦτο πυθέσθαι
Εἴτε τὸ πλουτεῖν, εἴτε τὸ πτωχῷ βέλτιον· φησὶ γὰρ
αὕτη
Τοὺς μὲν ἔχοντας, καὶ πλουτοῦντας δεῖπνον καὶ μᾶζαν
προσάγειν.

Τοὺς

τὰς δὲ πένητας τῶν ἀνθρώπων ἁρπάζειν πρὶν καῆναι.

Ex Hecate hoc scire licebit,

Vtrum satius sit diuitem quam inopem viuere: nam ipsamet inquit,

Opulentos & diuites quouis mense sibi apponere cœnam,

Inopes verò, & egenos prius auferre hanc quam pene feratur.

Atque ibi Scholiastes: Κατὰ δὲ νεμηνίαν οἱ πλούσιοι δεῖπνον ἑαυτῶν, ὡς θυσίαν τῇ Ἑκάτῃ παρασκευάζοντες ἐπὶ τῶν τριόδοις ἐτίθεσαν· οἱ δὲ πένητες ἤρχοντο πτωχεύοντες, καὶ ἤσθιον αὐτὰ, καὶ ἔλεγον ὅτι Ἑκάτη ἔφαγε αὐτά. *In nouilunio diuites cœnam vespere, velut sacrificium Hecatæ offerentes, in triuiis ponebant. Pauperes autem veniebant, & comedebant, dicebantq; ipsam Hecatem comedisse.* Idem aliter: Ἔθος ἦν ἄρτους καὶ ἄλλα τινὰ κρέα μιᾶς πωλεῖσθαι τῇ Ἑκάτῃ τὰς πλατείας· λαμβάνειν δ' ἐξ αὐτῶν τὰς πένητας· δοκεῖ γὰρ οἱ πλουτοὶ ζῶσιν. *Mos erat, vt diuites Hecatæ panes & alia apponerent: Pauperes verò ea caperent. nam ex sacris mendici viuunt.* Plutarchus: Χθονίᾳ δὲ δεῖπνον Ἑκάτῃ πεμπόμενον εἰς τριόδους, ἀποτροπαίων καὶ καθαρσίων ἐπέχει μοῖραν. *Terrestri verò Hecatæ cœnam mittens, auerruncationis, & expiationis obtinet partem.* In triuiis autem id fiebat, quod in eâ triplex numen adorarent, Lunam, Dianam, Hecaten. Virgilius:

Terge-

Tergeminamq; Hecaten, tria virginis ora Dianæ.

Prudentius:

Denique cum Luna est, sublustri splendet amictu:
Cùm succincta iacit calamos, Latonia virgo est:
Cùm subnixa sedet solio, Plutonia coniux.

Atque hinc Scholiastes Aristophanis: Τῇ ἐν τριόδοις ἐτίμων τὸ παλαιὸν Ἀφ' ἣν τὴν αὐτὴν Σελήνην, καὶ Ἄρτεμιδα, & Ἑκάτην καλεῖσθαι. *Eam in triuiis colebant antiquitus, quod eadem Luna, Diana, & Hecate vocaretur.* Hinc etiam Τριοδῖτις, Τρίγληνος, Τριγλαθλεὺς dicebatur. Eandemque ob causam, id est, Ἀφ' ἣν τῆς ὀνομασίας κοινότητα, *propter nominis communionem*, vt notat Athenæus libro 7. ei Τρίγλη, id est *Mullus* sacrificabatur, vt etiam Μαινίς, siue *Halec*, propter affinitatem, quam habet cum verbo μαίνομαι, *insanio*: quippe μανίαν, id est *furorem* hominibus ab eâ immitti existimabant. Eustathius ad Iliad. A, & Υ: Ἑκάτῃ καὶ Μαινίδα θύειν φασὶ διὰ τὸ δοκεῖν μανιῶν αἰτίαν εἶναί τινι. *Hecatæ Halecem sacrificari aiunt, quod furoris causa quibusdam esse videatur.* Quare apud Athenæum Antiphanes, τὰς μαινίδας Ἑκάτης βοσκήματα nuncupat. Et quemadmodum Romani manæ Genitæ, sic huic quoque Deæ Græci canes immolarunt. Author est Plutarchus *in quæstionibus Romanis*. Vnde Theocritus Idyll. 2.

Τᾷ χθονίᾳ Ἑκάτᾳ, τὰν & σκύλακες τρομέοντι.
Infernæ Hecatæ, quam & catuli horrent.

Et

Et paulo post, aduentantem Deam ex latratu canis agnoscit:

Θέσυλι τὰ κύνες ἄμμι ἀνὰ πόλιν ὠρύονται·
Ἀ θεὸς ἐν τριόδοισι.
Thestyli canes nobis per vrbem latrant:
Dea adest in triuiis.

Quamobrem & à Lycophrone, κυνοσφαγὴς θεὰ, *canum mactatrix* Dea nuncupatur. Ratio est, quod eam, vt inquit Eustathius, Τῶν νυκτερινῶν φόβων αἰτίαν εἶναι, *nocturnorum terrorum causam* putarent, & spectrorum, quæ per canis latratum euanescere credebantur. Ita Tzetzes *ad Lycophronem* ex mimis Sophronis: Θύεσι δ' αὐτῇ κύνας, ὥς φησι Σώφρων ἐν μίμοις· ὁ γὰρ κύων βαΐξας λύει τὰ φάσματα. *Immolant illi canes, vt inquit Sophron in mimis: nam canis baubans soluit spectra.* His Hecatæ sacris celeberrimum Zerynthi antrum, de quo Lycophron:

Ζήρωθον ἄντρον κυνοσφαγῆς θεᾶς
Λίτωων ἐρυμνὸν κτίσμα Κυβάντων σάον.
Zerynthi hiatum virginis Canariæ
Linquens, deûmq; tecta Lucumonum Saum.

Stephanus: Ζήρωθος πόλις, καὶ ἄντρον Ἑκάτης ἐν Θράκῃ. *Zerynthus ciuitas, & antrum Hecatæ in Thraciâ.* Suidas: Ζηρώθιον, καὶ Ζήρωθον ἄντρον, ἐν ᾧ τὰς κύνας ἔθυον· ἔνθα καὶ τὰ τῶν Κορυβάντων, καὶ τῆς Ἑκάτης μυστήρια. *Zerynthium, aut Zerynthum antrum, in quo canes immolabant. Ibi erant Corybantum,*

& Hecatæ mysteria. Ex quibus apparet, coniuncta fuisse Hecates, & Samothracum, siue magnorum Deorum, aut Cabeirorum sacra. Certè pariter cum illis Hecaten inuocabant, qui in summo discrimine constituti, nullum exitum nisi à numinis auxilio sperabant. Scholiastes Aristophanis ad hos versus *in pacem:*

Ὦνδρες τι πεισόμεθα· νῦν ἀγὼν μέγας:
Ἀλλ' εἴ τις ἡμῶν ἐν Σαμοθρᾴκῃ τυγχάνει
Μεμυημένος, νῦν ἐστὶν ὄρξασθαι καλόν.

Nunc viri aliquid patiemur; nunc magnum certamen:
Sed si quis nostrum in Samothraciâ est
Initiatus, nunc orare tempestiuum est.

Οἱ inquit, ἐν κινδύνοις γινόμενοι ἐπεκαλοῦντο τότε τὸς Δαίμονας, τοὺς ἐν Σαμοθρᾴκῃ, τός τε Κορύβαντας, & πλησίον κάτωθεν ἐξ ἧς καὶ Δᾳδόφορον λέγουσι τὸ Ζήρυνθον ἄντρον, ἔνθα καὶ τότε ὠργίαζον, καὶ ἐλευθερῶντο. *In periculo constituti inuocabant Samothracum Deos, & Corybantas, & Hecaten; à qua celebre antrum Zerynthum. Ibi etiam illi Orgia celebrabant, & liberabantur.* Enarrator Apollonij ad librum 1. Cabeiros recensens, Hecatæ quidem non meminit expressè, sed procul dubio Proserpinæ nomine debet intelligi. Μυῆνται, inquit, ἐν τῇ Σαμοθρᾴκῃ τοῖς Καβείροις, ὧν Μνασέας φησὶ τὰ ὀνόματα· πάσαρες δ' εἰσὶν οἱ ἀριθμόν. Ἀξίερος, Ἀξιόκερσα, Ἀξιόκερσος. Ἀξίερος μὲν οὖν ἐστιν ἡ Δημήτηρ. Ἀξιόκερσος

ἄλλοι δὲ ἡ Περσεφόνη, Ἀξιόκερσος ἢ ὁ Ἄιδης· ὁ δὲ τρίτος Ἀξιόκερσος· τέταρτος Κάσμιλος. ὁ Ἑρμῆς ἔστιν, ὡς ἱστορεῖ Διονυσιόδωρος. *Initiantur in Samothracia Cabeiris, quorum nomina dicit Mnaseas. sunt autem numero quatuor: Axieros, Axiocersa, Axiocersos. Axieros quidem est Ceres: Axiocersa, Proserpina: Axiocersos Pluto. Quartus additur Casmilus; qui est Mercurius, vt narrat Dionysiodorus.* Cæterum de Cabeirorum mysteriis videndus est Herodotus *lib. 2.* Strabo *libro 10.* Scaliger *in collectaneis ad Varronē.* Clemens Alexandrinus *in protreptico.* Festus. Seruius *ad 11. Aeneidos.* Macrobius *lib. 3. cap. 4. & 8.* Eustathius, *ad Dionysij* Περιήγησιν.

ΕΛΑΦΟΒΟΛΙΑ.

EVstathius *ad Odyss. κ.* Ἑορτῆς ὄνομα τὰ Ἐλαφοβόλια. Vox à ferendis Ceruis ducta est. Plutarchus *lib. de Virtutibus mulierum.* Dianæ festum fuisse scribit, quod Phocenses maximâ solennitate celebrabant, in memoriâ victoriæ de Thessalis reportatæ ad Hyampolim, Phocidos ciuitatem, vbi fœminæ memorabilis constantiæ specimen præbuerunt: Ἑορτὴν δ' ἄγουσιν ἐκ πασῶν μεγίστην τὰ Ἐλαφοβόλια μέχρι νῦν τῇ Ἀρτέμιδι τὴν νίκης ἐκείνης ἐν Τραμπύλοις τελοῦσιν. *Omnium autem festiuitatum suarum maximam Elaphobolia Mi-*

neruæ Phocenſes in hunc vſque diem peragunt Hyampoli. Res diuina fiebat Libo, cui nomen erat Ἔλαφος, *Cerua.* Athenęus libro 14. Ἔλαφος, πλακοῦς ὁ τῆς Ἐλαφοβολίοις ἀναπλαστόμενος διὰ σησάμου, καὶ μέλιτος, καὶ σησάμου. *Elaphus placenta, quæ in Elaphoboliis, ex adipe, melle & ſeſamo pinſebatur.*

ΕΛΕΥΣΙΝΙΑ.

INter omnia Græcorum ſacra, tanta ſemper fuit Eleuſiniorum Religio, vt commune myſteriorum nomen illis veluti proprium ab Authoribus tribuatur. Eleuſinia verò nuncupata ſunt ab Eleuſi Atticę oppido; cuius appellationem ab Eleuſinio Mercurij filio deducũt. Harpocration: Ὠνομάσθη δὲ ἡ πόλις Ἐλευσὶς ἀπὸ Ἐλευσινίου τοῦ Ἑρμοῦ. *Vocata verò fuit Eleuſis ab Eleuſinio Mercurij filio.* Eadem ſunt totidem verbis apud Suidam. Pauſanias *in Atticis* memorat: Ἐλευσῖνα ἥρωα ἀφ' οὗ τὴν πόλιν ὀνομάζουσιν· ἐν μὲν Ἑρμοῦ παῖδα εἶναι, καὶ Δαείρας Ὠκεανοῦ θυγατρὸς λέγουσι. *Eleuſinem Heroa, à quo ciuitatẽ nominãt, quem Mercurij filium eſſe, & Dairæ Oceani filiæ dicunt.* Alij ἀπὸ τῆς ἐλεύσεως, id eſt, *ab aduentu*, dici voluerunt; quod Ceres poſt longos errores eò tandem allapſa, filiam inuenerit. Etymologicum: Ἐλευσὶν δῆμος ἀττικὸς, ἀπὸ τοῦ τῆς Δημήτρος

τρῷ ἔλθοιεν, ὅθεν ἐκεῖ ἐλθοῦσα, εὗρε τὴν κόρην. *Eleusis Attica populus, à Cereris aduentu dictus, quod cùm eò venisset, Proserpinam inuenit.* Copiosiùs hæc apud Aristidem in Eleusiniâ: Αἱ δ' εἰς τὸ μέσον πομπαὶ, καὶ λογοποιοὶ, καὶ συγγραφεῖς πάντες ὑμνοῦσι, κόρην τὴν Δήμητρος ἀφανῆ γενέσθαι χρόνον ἔστιν ὅν. Δήμητρα δ' ἐπέρχεσθαι γῆν πᾶσαν, καὶ θάλατταν, ζητοῦσαν τὴν θυγατέρα. Τέως μὲν οὐκ εἰδότι εἶναι εὑρεῖν· ἐλθοῦσαν δὲ εἰς Ἐλευσῖνα, τήν τε ἐπωνυμίαν ποιῆσαι τῷ τόπῳ, καὶ τὴν κόρην εὑροῦσαν ποιῆσαι τὰ μυστήρια. *Quæ verò publicè Poëtæ, Oratores, & Historici omnes celebrant, hæc ferè sunt. Cereris filiam per tempus aliquod non apparuisse. Cererem terrâ, marique peragratis eam quæsiuisse, nec tamen prius inuenisse, quam in Eleusinem veniens, & nomen loco daret, & initia constitueret.* Diodorus Siculus *libro 5.* nomen loco positum ait, vt esset monumẽtum aduecti aliunde frumenti. Τὸν γὰρ τόπον, τὴν ἐξ ἀρχῆς δεξάμενον τὴν δωρεὰν ταύτην Ἐλευσῖνα προσαγορεύθηναι ἀπὸ τοῦ παρ' ἑτέρων τοῦ σίτου κομισθέντος. *Locum enim, qui ab initio recepit munus ab aduentu Eleusinem appellare, eo quod ab aliis victus aduenisset.*

Primum instituta volunt à Cerere; quæ vt benignitatem hospitij, qua fuerat ab Atheniensibus excepta, pariaret, vsum frumẽti, & tacenda sacra demonstrauit. Isocrates in Panegyrico: Δημήτερος ἀφικνουμένης, εἰς τὴν χώραν ἡμῶν, ὅτε ἐπλανήθη, τῆς χώρας ἀμφοτέρους, καὶ τοὺς τὰς προ-

γόνας τὰς ἡμετέρας ἀμφοῖν ἀξιολογίας, ἐκ τῆς ἀγερασίας, ἃς οὐχ οἷόν τε ἄλλοις, ἢ τοῖς μεμυημένοις ἀκοῦσαι, ἐδόσης δωρεὰς διττὰς, αἴπερ μέγιστα τυγχάνουσιν οὖσαι, τάς τε καρπούς, οἱ ζῷμὴ ἠμιώδως ζῆν ἡμᾶς αἴτιοι γεγόνασι, καὶ τὰ τελετά. &c. *Nam cum Ceres post raptã Proserpinam erroribus acta, in regionem nostrã peruenisset, nostrisq; maioribus ob accepta beneficia, quæ non nisi initiatis audire fas est, bene cupiens, amplissima duo munera largita est: fruges, quæ in causa fuerunt, ne more belluarum viueremus, & arcana illa sacra.* At contra Diodorus Siculus lib. 6. cap. 2. Cererem hoc sacrorum honore ab Athenienſibus affectã fuiſſe tradit, vt acceptam ab ea cultioris vitæ rationem gratâ recordatione teſtarentur. Idem tamen *lib. 1. cap. 2.* narrat inopinâ ſiccitate ad iniuriã ſterilitatis ſola terrarum exaruiſſe; Ægyptum autem proprio ſemper amne perfuſam, nec alio genere aquarum ſolitam pingueſcere, ſqualentis cæli non ſenſiſſe damna: ſed tantis ſegitibus indutam, ſtetiſſe, vt Athenienſibus ob cognationem, meſſes ſuas vltrò communicaret. Subleuatam duce Erechtheo annonæ penuriam. Hũc verò tanti beneficij causâ Regem creatum, cæremonias docuiſſe, & myſteria Cereris ritu quo apud Ægyptios agebantur. Idque non videtur alienum ab eo quod Herodotus libro 2. & ex eo Pauſanias aſſerit, Græcos ab Ægyptiis, & Deos,

& Deos,& Deorum nomina sumpsisse: Græcorumque Apollinem, esse Ægyptiis Horum, Dianam, Bubastin, Isida, Cererem; quod etiam à Plutarcho demonstratur. Quocirca Lactantius *libro 1. de falsa religione, cap. 21.* & Phornutus, sacra Cereris Eleusinæ, non esse dissimilia sacris Isidos ostendunt. At Theodoretus *libro 1. Græcanicarum affectionũ*, ex Plutarcho, & Diodoro Siculo, non ab Erechtheo, sed ab Orpheo Cæremonias Isidos in Cereris sacra commutatas refert: Ὀρφεὺς εἰς Αἴγυπτον ἀφικόμενος τὰ τῆς Ἴσιδος, καὶ τοῦ Ὀσίριδος εἰς τὰ τῆς Δηοῦς, καὶ Διονύσου μετατέθεικεν ὄργια. *Orpheus in Aegyptum profectus, Isidis, & Osiridis sacra, in Cereris, & Liberi patris Orgia conuertit.* Huc quoq; facit Euripidis Scholiastes in Alcestide: Πρῶτος Ὀρφεὺς μυστήρια θεῶν ἐξεδέδωκεν, ὅθεν καὶ θρησκείας τὸ μυστήριον καλεῖται, ἀπὸ τοῦ θρασκὸς Ὀρφέως. Aliter etiam Seruius *ad librum 1. Georgicorum*; quem falli puto, dum Eleusinia cum Thesmophoriis confundit. Apud Clementem Alexandrinum *in protreptico*, & Arnobium *libro 5.* horum sacrorum inueniuntur Authores, obscœna Baubo, Triptolemus Bubulcus, *Capellarum Dysantes custos, Eubuleus porcorum, Gregis Lanitij Eumolpus.* Primùm celebrari cœpta ad puteum Callichorum. Pausanias: Φρέαρ καλεῖται Καλλίχορον, ἔνθα πρῶτον Ἐλευσινίων αἱ γυναῖκες χόρον ἔστησαν, καὶ ἦσαν

εἰς τλὼ θεόν. *Puteus, quem Callichorum appellant, vbi primum Eleusiniorum fœminæ chorum instituerunt, & Deam cantu venerata sunt.* Eundem Puteum mox Ἄγνθινον vocauit. Quod ideo factum, quia ibidem quieuisse Cererem quærendo fatigatam existimarent. Callimachus in hymno Cereris:

Τρὶς δ' ἐπὶ Καλλιχόρῳ καμάδις ἐκαθίσσατο φρελί.
Ter puteum propè Callichorum Dea consedisti.

Clemens Alexandrinus: Καὶ φρέατι ἐπικαθίζει λυπουμένη, *Puteo insidet mœrore affecta.* Eodem q; in loco Deam excepit Metaneira, vt author est Nicander *in Theriacis*:

Καλλίχορον πρὸς φρεῖαρ, ὅτ' ἐν Κελεοῖο θεραπναῖς
Ἀρχαίη Μετάνειρα θεὰ δέδεικτο φρένων.
Callichorum ad puteum, quando in Celei stabulis
Anus Metaneira Deam excepit prudens.

Ipsum verò saxum, cui insidens quieuit, ἀγέλαστον appellarunt. Scholiastes Aristophanis *ad Equites*: Ἀγέλαστος πέτρα, ὅτι ἐκεῖ ἐκάθισεν ἡ Δημήτηρ κλαίουσα, ὅζων ζητοῦσα τὸ κόριον. Ἐρασθεὶς γὰρ περσεφόνης ὁ Πλούτων, ἥρπασεν αὐτὴν κρύφα. Δημήτηρ δὲ μὴ λαμπάδων, νυκτός τε, καὶ ἡμέρας, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν ζητοῦσα πρὸς ἐρχετο μαθοῦσα δὲ παρὰ Ἑρμιονέων, ὅτι πλούτων αὐτὴν ἥρπασεν, ὀργιζομένη θεοῖς κατέλιπεν οὐρανὸν, καὶ εἰκαθεῖσα γυναικὶ ἦλθεν εἰς Ἐλευσῖνα· ἔνθα δὴ πέτραν ἐκάθισεν τὸ ἀπ' ἐκείνης κληθεῖσαν ἀγέλαστον. *Risus expers lapis, quod ei insedisset Ceres flens,*

cum

cum filiam Proserpinam inuestigaret. quam amore captus Pluto clàm rapuit. Ceres itaque cum facibus diu noctuq; orbem terrarum quærendo lustrauit. Cognito vero ab Hermionensibus raptam à Plutone filiam, Diis indignata cælum reliquit, ac fœmineo habitu Eleusinem peruenit; vnde lapidi cui insedit nomẽ ex ea ἀγελάστῳ datum. Hinc, vt author est Zenobius, adagium vsurpatur de rebus, quę dolorem conciliant.

Hinc igitur sedes mysteriorum Eleusis; quæ tantâ fide coluit, vt ab Athenienſibus in ſummas angustias redacta, hostium arbitratu deditionem fecerit, nisi quod sacra sibi retinuerit. Pausanias: Γενομένης δὲ Ἐλευσινίοις μάχης πρὸς Ἀθηναίους, ἀπέθανε μὲν Ἐρεχθεύς, ἀπέθανε δὲ Ἰμμάραδος ὁ Εὐμόλπου. κατελύοντο δὲ ἐπὶ τοῖς δε τὸν πόλεμον, ὡς Ἐλευσινίους ἐς τὰ ἄλλα Ἀθηναίων κατηκόους ὄντας, ἰδίᾳ τελεῖν τὰ τελετήν. *Commiſsa inter Eleuſinios & Athenienſes pugnâ, hinc Erechtheus Rex, inde Immaradus Eumolpi filius occubuerunt. Arma deinde his conditionibus poſita, vt Eleuſinij ſe ſuaq; in Athenienſium poteſtatem traderent; initia verò ipſi tanquam propria retinerent.* Quã obrem meritò eam Aristophanes in nebulis Μυστοδόκον δόμον appellat. Et tanta Eleusiniorum dignitas, vt iis alia omnia posthabuerint. Idem Pausanias *in Phocicis*: Οἱ γὰρ ἀρχαιότεροι τῶν Ἑλλήνων τελετὴν τῶν Ἐλευσινίων παίτων ὁπόσα ἐς Δωσε-

Cειαν

ἐλείαν ἤκμ, τοσούτῳ ἦγον ἐντιμοτέραν, ὅσῳ καὶ θεοὺς ἁπάντων Ἡρώων. *Veteres Græci initia Eleusinia, religione quantâ non alia quæuis sacra sanxerunt, tãtoq; cæteris initiis augustiora duxerunt, quanto Dî Heroibus præstent.* Quippe non ceu priuata illius ciuitatis, sed quasi communia omnium gentium sacra obseruarunt. Aristides: Κοινόν τι τῆς γῆς τέμενος, καὶ πάντων ὅσα θεῖα ἀνθρώπων, τοῦτον φρικωδέστατον, καὶ φαιδρότατον. *Delubrum commune terræ, quod omnia quæcumque sunt inter homines diuina horrore simul, & splendore præcellit.* Et hanc ob causam ea templi magnitudo, vt ingentis turbæ capax esset. Strabo lib. 9. Εἶτα Ἐλευσὶν πόλις, ἐν ᾗ τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν τῆς Ἐλευσινίας· καὶ ὁ μυστικὸς σηκὸς, ὃν κατεσκεύασεν Ἵκτινος, ὄχλου θεάτρου δέξασθαι δυνάμενον. *Deinde vrbs Eleusin, in quâ templum est Eleusinæ Cereris, & mysticum delubrum, turbæ, quanta in Theatro potest esse capax, opus Ictini.* Ex quo templi vastitatem colligere licet, siquidem ipsorum penetralium, siue adytorum capacitas tanta fuerit: nam σηκὸς est ἐνδότερος τόπος ναοῦ, *interior locus templi.* Itaque cum alia sacra, vt idem refert Aristides, sæpius adflictis rebus intermissa fuerint; Hæc etiam difficillimis reipub. temporibus instaurabãtur. Et quamuis adeò, quod sacrorum caput est, tutò peragere possent, tamen iniquo animo ferebant vel solennis pompæ splendorem immi-

nui;

nũi; in tantum, vt Alcibiades, authore Plutarcho fauorem populi recuperarit, & ignominiam obliterarit, restitutâ pompâ, quæ propter viæ pericula non plenè poterat exhiberi. Quin vtcunque, aut intestinis dissidiis, aut Barbarorum incursu turbatâ Græciâ, & ciues, & hostes Eleusinio templo pepercerunt. Verùm & in aliis ciuitatibus institutas Cereris Eleusinæ solennitates legimus, quæ præcipuorum sacrorum essent imitamenta. Sic Athenæus libro 13. ex Niciæ Arcadicis refert, propè Alpheum, à Cepsylo cõditam vrbem, in qua lucum & aram consecrarit Eleusinæ Cereri, in cuius festo, mulieres inter se de pulchritudine certabant: Hῆς, inquit, ἐν τῇ ἑορτῇ, καὶ τὸν ζ κάλλους ἀγῶνα ἐπιτελέσαι, καὶ νικῆσαι πρῶτον αὐτὸ τὴν γυναῖκα Ἡροδίκην· ἐπιτελεῖται καὶ μέχρι νυῦ ὁ ἀγὼν οὗτος, καὶ ἀγωνιζόμεναι γυναῖκες χρυσοφόροι ὀνομάζονται. *Eius in festo pulchritudinis certamen fieri, & viciſſe primùm eius vxorem Herodicen. Celebratur in hunc vſque diem certamen iſtud; & certantes mulieres auriferæ vocantur.*

Ritus sacri consistebant in imitatione eorum quæ de Cereris erroribus fabulæ vulgarunt. Nam, vt inquit Lactantius, *refertur in sacris imago rei quæ verè gesta est.* Quod antea Præceptor eius Arnobius speciatim de Eleusiniis dixerat; *Eleusinia*, inquit, *illa mysteria, & sacrorum*

rorum reconditi ritus cuius memoriam cõtinent? nonne illius erroris, quo in filiæ conquisitione Ceres fessa, oras vt venit in Atticas, triticeas attulit fruges? Ac Cæremonias potissimùm ad inuentionem frugum fuisse relatas, author est etiam D. Augustinus *lib. 7. de Ciuitate Dei, capite 20. In Cereris autem sacris prædicãtur illa Eleusinia, quæ apud Athenienses nobilissima fuerunt; de quibus nihil iste interpretatur, nisi quod attinet ad frumentum, quod Ceres inuenit, & ad Proserpinam, quam rapiente Orco perdidit.* Et in fine capitis: *Dicit deinde multa in mysteriis eius tradi, quæ nisi ad frugum inuentionem non pertineant.*

Eleusinia vero duplicia fuerunt; Magna, ac Parua. Magnorum origo est ea quam modo exposui. Parua hanc ob causam instituta. Cùm Hercules initiari cuperet, ac lex obstaret, quæ peregrinis id concedi vetaret; nec tamen integrum Athenienſibus videretur, eiusmodi Heroem voto suo frustrare, Parua Eleusinia instituerunt, vt & Herculi satisfacerent, & authoritatem tamen sacrificij, & legis vigorem conseruarent. Aristophanis enarrator *ad Plutum*: Μεγάλα, καὶ μικρὰ μυστήρια ἐθελόντα ἐν Ἐλευσῖνι τῆς Ἀττικῆς· μὴ ὄντων δὲ τοῦ τέρου μικρῶν, ἐλθόντος Ἡρακλέους, καὶ θέλοντος μυηθῆναι, ἐπειδὴ νόμος ἦν Ἀθηναίοις, μηδένα ξένον μυεῖν, αἰδεσθέντες τὸ αὐτοῦ ἀρετὴν, καὶ ὅτι φίλος τε ἦν τῆ πόλεως, καὶ υἱὸς τοῦ Διὸς, ἐποίησαν

αὐτὸν

τῶν μικρὰ μυστήρια, ἐν οἷς αὐτὸν ἐμύησαν· ἦσαν γὰρ τὰ μὲν μεγάλα τῆς Δήμητρος· τὰ δὲ μικρὰ Περσεφόνης τῆς αὐτῆς θυγατρός. *Magna & parua mysteria agebantur in Eleusine Atticæ. Cùm antea non essent parua, veniente Hercule, & volente initiari, quod lex esset Athenien sibus quæ vetaret quenquam peregrinum initiari: reuerentiipsius virtutem, & quia amicus erat ciuitatis, & filius Iouis, erexerunt parua mysteria, quibus ipsum initiarunt. Erant autem magna Cereris; parua Proserpinæ eius filiæ.* Idē habet *ad nebulas*, & Tzetzes ad Lycophronem pag. 195. Igitur à magnis initiis parua differebant, quod hæc essent ἐμπέδοις; illa tantùm indigenis communicarentur. Aliâs ijdem ritus eædemque Cæremoniæ. Sed neque eodem vtraque loco celebrabantur. Nam maiora Eleusi, vt supra demonstratum est: minora verò in Ἄγραις agebantur. Stephanus: Ἄγρα, καὶ Ἄγραι χωρίον, ἐνικῶς, καὶ πληθυντικῶς. ἔστι καὶ τῆς Ἀττικῆς πρὸ τῆς πόλεως ἐν ᾧ τὰ μικρὰ μυστήρια ἐτελοῦντο, μίμημα τῶν περὶ τὸν Διόνυσον, ἐν ᾧ λέγεται καὶ τὸν Ἡρακλέα μεμυῆσθαι. *Agra, & Agræ locus, numero singulari, aut plurali. Est & Atticæ locus ante ciuitatem, in quo parua initia celebrantur, imitamenta eorum quæ Baccho fiunt; vbi & Herculem aiunt initiatum.* Eustathius *ad Iliad. β.* Ἔτι καὶ Ἀγροτέρα Ἄρτεμις, ὡς καὶ κωμικὸς δηλοῖ, ἡ καὶ Ἀγραία πρὸς Πλάτωνι, καὶ Παυσανίαν, ἀπὸ χώρας πρὸς τῷ Ἰλισσῷ, ᾧ κλῆσις

σις Ἄγραι, καὶ Ἄγρα, οὗ τὰ μικρὰ τῆς Δήμητρος ἡγεῖτο, φησι, μυήρια ἃ ἐλέγετο τὰ ἐν Ἄγραις. *Praterea Agrotera Diana, vt & Comicus ostendit, quae etiam Agraea est apud Platonem, vt author est Pausanias, à loco ad Ilissum amnem, cui nomen Agrae, & Agra; vbi parua Cereris, vt aiunt, mysteria agebantur, quae in Agris appellabantur.*

Diuersum quoque celebrandi tempus: nam maiora Boedromione celebrabantur. Plutarchus in Demetrio: Ἐπέλεσε τὰ μεγάλα μυήρια, Βοηδρομιῶνος. *Peragebantur magna mysteria Boedromione.* Idem in Alexandro scribit nobilem ad Arbela, siue ad Gaugamela pugnam fuisse commissam, Βοηδρομιῶνος περὶ τὰ μυηρίων τῶν Ἀθηνήσιν ἄρχοντα. *Boedromione circa principium mysteriorum.* Et Aristides incendium templi deplorans: Καὶ δὴ προσάγει μοι (ὦ γῆ, καὶ θεοὶ) τὰ μυήρια. Βοηδρομιὼν δὲ οὗτος ἑτέρας τὰς νυῦ δεῖται βοῆς. *Atque in propinquo quidem sunt (ô terra, ô Dij) mysteria: Boedromion autem hic aliâ nunc voce indiget.* Theophrastus igitur in descriptione hominis garruli cum ait, Βοηδρομιῶνος μὲν τὰ μυήρια, intelligendus est de maioribus. Minora verò Antheste rione celebrabantur. Plutarchus in Demetrio: Τὰ μικρὰ μυήρια τῷ Ἀνθεστηριῶνος ἐπέλεσε. *Parua mysteria Antheste rione agebantur.* Magni præmij loco tributum, & quidem oppidò paucis, vt initiorum fierent participes. Primus

mus omnium id consecutus est Hercules, vt iam ostendimus; & post hunc, vt author est Plutarchus, *in Theseo*, Dioscuri; qui debellatos armis Athenienses in gratiam receperunt, hac conditione tantùm, vt mysteriis initiarentur: & in eum finem, vt olim Pylius Herculem, ita illos tum Aphidnus adoptauit. Falsus igitur Soranus, qui id honoris Hippocrati, ab Hercule alteri tributum scribit. Ἱπποκράτης λαμπεῶν ἔτυχε τιμῶν παρ' Ἀθηναίοις, οἵτινες δεύτερον αὐτὸν ἀφ' Ἡρακλέους δημοσίᾳ τοῖς Ἐλευσινίοις ἐμύησαν. *Hippocrates splendidos honores nactus ab Atheniensibus, qui ipsum ab Hercule secundum Eleusiniis initiarunt.*

Erant autem quasi quidam gradus in participatione mysteriorum obseruandi. Primùm erat Purificatio: deinde sequebantur mysteria parua, quibus instituebantur, & ad maiora præparabantur. Vltimæ maiorum Cæremoniæ erant Ἐποπτικά, ad quæ tandem per tot ambages admittebantur. Clemens Alexandrinus 5. *Stromat.* οὐκ ἀπεικότως ἄρα, καὶ τῶν μυστηρίων τὸν παρ' Ἕλλησιν, ἄρχεται μὲν τὰ καθάρσια, καθάπερ καὶ τοῖς βαρβάροις τὸ λουτρόν. Μετὰ ταῦτα δὲ ἔστι τὰ μικρὰ μυστήρια, διδασκαλίας τινὰ ὑποθέσιν ἔχοντα, καὶ προγυμνασίαν τῶν μελλόντων· τὰ δὲ μεγάλα περὶ τὸν σύμπαντα. οὐ μανθάνειν ἔτι ὑπολείπεται, ἐποπτεύειν δὲ, καὶ νοεῖν τὴν φύσιν, καὶ τὰ πράγματα. *Non abs re ergo in mysteriis*

viis quoque, quæ fiunt apud Græcos, primum locum tenent expiationes & lustrationes, sicut etiã apud Barbaros lauacrum. Post hæc autem sunt parua mysteria, quæ habent aliquod fundamentum doctrinæ, & præparationis futurorum. In magnis autem de vniuersis non restat amplius discere: sed contemplari, & mente comprehendere naturam, & res ipsas. Tria quidem à Clemente velut diuersa ponuntur. Non tamen erant tres initiationes: nam parua initia vice purgationis accipiebantur. Commentator Aristophanis *ad Plutum*: Καὶ ἐστὶ τὰ μικρὰ ὥσπερ προκάθαρσις, καὶ προάγνισις τῶν μεγάλων. *Et sunt parua mysteria veluti præuia magnorum purgatio, & lustratio.* Et qui paruis initiati erant, Mystæ; ad magna recepti, Epoptæ nominabantur. Harpocration: οἱ μυηθέντες ἐν Ἐλευσῖνι ἐν τῇ δευτέρᾳ μυήσει, ἐποπτεύειν λέγονται. Et apud eundem authorem Philochorus separat τὰ ἱερὰ, τότε μυστικὰ, καὶ τὰ ἐποπτικά. Suidas: Διαφέρει μύησις, & ἐπόπτης. Ac differentiam ex Symmacho, vetusto admodùm grammatico, adsignat Scholiastes Aristophanis *ad Ranas*: οἱ τὰ μυστήρια παραλαμβάνοντες μύεσθαι καλοῦνται· οἱ δὲ παραλαμβάνοντες αὐτὰ τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ ἐφορῶσι τὰ μυστήρια, καὶ ἐποπτεύουσιν. Breuiùs ex eo Suidas: οἱ τὰ μυστήρια παραλαμβάνοντες λέγονται ἐν ἀρχῇ μὲν μύεσθαι· μετ' ἐνιαυτὸν δὲ ἐπόπται καὶ ἔφοροι. *Mysteria accipientes vocantur in principio Mystæ; post an-*

num

rum Epoptæ, & Ephori. Igitur Epoptæ, aut Ephori erant inspectores; hoc est, quibus anno postquam initiati primùm fuerant, inspicere occultiores sacrorum ritus, & cæremonias concedebatur. Neque enim à paruis initiis ilicò patebat aditus ad maiora; sed annus experimenti causâ interponendus erat. Quamobrem in Demetrio notata exempli raritas, qui sine vlla temporis intercapedine minora maioraq; mysteria percipere voluit. Philochorus: Δημητρίῳ ἴδιόν τι ἐγένετο παρὰ τοὺς ἄλλους τὸ μόνον ἅμα μυηθῆναι, καὶ ἐποπτεῦσαι, καὶ τοὺς χρόνους τῶν τελετῶν τοὺς πατρίους μετακινηθῆναι. *Demetrio singulare quid contigit præter alios, vt simul Myſta fieret, & Epoptes, & tempora initiorum ordinaria moueret.* Plutarchus de eodem: τότε δ' ἂν ἀναζυγόντων εἰς τὰς Ἀθήνας, ἔγραψεν οὐ βέλτιον παρὰ μῆνα μυηθῆναι, καὶ τὰ τελετὰ ἅπαντα, ἀπὸ τῶν μικρῶν ἄρξαι τῶν ἐποπτικῶν παραλαβεῖν. τοῦτο δὲ οὐ θεμιτὸν ἦν, οὐδὲ γεγονὸς πρότερον· ἀλλὰ τὰ μικρὰ τοῦ Ἀνθεστηριῶνος ἐτέλουν, τὰ δὲ μεγάλα Βοηδρομιῶνος· ἐποπτεῦσαι δὲ τ' ὀλάχιστον ἀπὸ τῶν μεγάλων ἐνιαυτὸν διαλιπόντες. *Repetens verò tunc Athenas, velle scripsit se, vbi eò veniſſet, ilicò initiari, myſteriaq; à paruis vſque ad vltima, & recondita sacra, quæ Epoptica appellant, cuncta percipere. Id nefas erat, neque viſum antea vnquam. verùm peragebantur parua mense Antheſterione, magna Boedromione.*

recondita inſpiciebant interiecto à magnis vt minimum anno. Præter hunc Demetrium, & Herculem, & Hippocratem nullus vnquam Epopta factus fuit, quin prius Myſta eſſet. Sed non temerè poſitum à Plutarcho τ' ἐλαχιστὸν, *adminimum.* nam reuera minimum ſpacium quod interponi ſolebat, annus erat: nam quinto anno poſt parua, vt plurimùm illa maiora ſuſcipiebantur. Tertullianus *initio lib. aduerſus Valentinianos: Nam & illa Eleuſina Hæreſis, & ipſa Atticæ ſuperſtitionis, quod tacent, pudor eſt. Idcirco aditum priùs cruciant; diutiùs initiant, quàm conſignant. Cùm Epoptas ante quinquennium non inſtituunt, vt opinionem ſuſpendio cognitionis adificent; atque ita tantam maieſtatem exhibere videantur, quantam præſtruxerunt cupiditatem.*

Initiati myrto coronabantur. Iſac. Tzetzes: Οἱ μυούμενοι μυρσίνῃ ἐστέφοντο. Cumque initiarentur, veſtem nouam ac puram induebant, quam deinde nunquam exuebant, quoad tandem lacera, geſtari non amplius poſſet. Ariſtophanis enarrator *ad Plutum:* Ὁ δὲ μυούμενος τὸ ἱμάτιον ὃ ἐφόρει ἐν τῇ μυήσει, οὐδέ ποτε ἀπεδύετο μέχρις οὗ τελέως ἀφανισθῇ διαῤῥυέν. *Initiatus veſtem, quam in initiatione geſtabat, nunquam exuebat, donec omnino diſſipata euaneſceret.* Sed & à quibuſdam ad faſcias infantum fuiſſe reſeruatas ait: Ἔνιοι δὲ τὰς ἑαυτῶν στολὰς εἰς τέκνων σπάργανα φυλάττουσι. *Quidam*

Iam eiusmodi stolas ad natorũ fascias custodiunt. At Melanthius libro, quem *de mysteriis* conscripsit, memoriæ prodidit, in more positum fuisse, vt vestem, in qua fuerant initiati, Cereri & Proserpinæ consecrarent. Πάτριόν ἐστι τῇ Θεαῖς ἀνιερῶν καὶ τὰς στόλας τοῖς μύσταις, ἐν αἷς τύχοιεν μυηθέντες. *Mystis patrium est, Deabus consecrare vestes in quibus fuerint initiati.* Quod verò tanti esset, participem fieri mysteriorum, persuasio faciebat, quâ existimabant initiatos, non tantùm in summa tranquillitate vitam ducere, sed & eam optato exitu esse terminaturos, ac post obitum quoque spem restare melioris. Isocrates in Panegyrico: Τελετῆς οἱ μετέχοντες, ὥστε τὸ τοῦ βίου πλοῦτος, καὶ τῷ σύμπαντι αἰῶνι, ἡδίους τὰς ἐλπίδας ἔχουσι. *Initiorum participes, & de vitæ exitu, & de vniuerso æuo spem habent iucundiorem.* Aristides *in Panathenaicâ*: Ἀλλὰ μὴν τό γε κέρδος τῆς πανηγύρεως, οὐχ ὅσον ἡ παρεῦσα εὐθυμία, οὐδ' αἱ ἔμπροσθεν χρόνου δυσκολιῶν λύσις, καὶ ἀπαλλαγαί· ἀλλὰ καὶ ὥστε τῆς πλούτου. ἡδίους ἔχειν τὰς ἐλπίδας, ὡς ἄμεινον διατάξοντας, καὶ οὐκ ἐν σκότῳ τε, καὶ βορβόρῳ κειμένους, ἃ δεῖ σφᾶς ἀμυήτους ἀναμένει. *Verumtamen huius conuentus fructus, non in præsenti tantùm animi tranquillitate, & priorum molestiarum liberatione positus erat; sed & quod post mortem se melius habituros sperabant, nec in tenebris, ac luto cum profanis commoraturos esse.*

Procurabat mysteria Rex. author est Pollux; & Harpocration : Ἐπιμελητὴς τῶν μυστηρίων παρ' Ἀθηναίοις ὁ λεγόμενος βασιλεύς. *Curator mysteriorum apud Athenienses Rex dictus.* Regi adiungebantur quatuor alij; quorum duo ex vniuerso populo Athenienſium, ex Eumolpidarum gente vnus, & ex Cerycibus alter eligebatur. Aristoteles *de Repub. Athenienſium*: Ὁ μὲν βασιλεὺς πρῶτον μὲν τῶν μυστηρίων ἐπιμελεῖται, μετὰ τῶν ἄλλων ἐπιμελητῶν. οὓς ὁ δῆμος ἐχειροτόνει, τέτταρες ἦσαν· δύο μὲν ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων· εἷς δὲ ἐξ Εὐμολπιδῶν, καὶ εἷς ἐκ Κηρύκων. *Rex primum mysteria procurabat, cum aliis curatoribus: quos populus designabat, quatuor erant. Duo quidem ex vniuersis Athenienſibus, vnus ex Eumolpidis, & vnus ex Cerycibus.* In his erant Hierophãta, Daduchus, Præco: quorum præcipuas in hoc sacro fuisse partes ex Plutarcho manifestum est. Nam refert Alcibiadem impietatis accersitum, & seruos ab Androcle productos, qui eum in temulentâ compotationis lasciuiâ, per ludibrium, cæremonias mysteriorum exhibuisse testarentur. Ἔλεγον δὲ Θεόδωρον μέν τινα δρᾶν τὰ τῆς Κήρυκος, Πολυτίωνα δὲ τὰ τῆς Δαδούχου, τὰ δὲ τοῦ Ἱεροφάντου τὸν Ἀλκιβιάδην· τὰς δὲ ἄλλας ἑταίρας παρεῖναι, ἢ μυεῖσθαι, μύστιδες προσαγορευόμενας. *Dicebant Theodorum quendam Præconis partes egisse, Polytionem Daduchi, id est faciferi, Antistitis Alcibiadē: reliquos*

quos socios adfuisse, sacrisq; initiatos, & Mystas inde vocatos. Hierophanta, & Daduchus ex Eumolpidarum & Cerycum gente capiebatur. Aristides: Εὐμολπίδαι δὲ καὶ Κήρυκες, εἰς Ποσειδῶνα, καὶ Ἑρμῆν ἀναφέροντες Ἱεροφάντας, οἱ δὲ Δαδούχους παρέχονται *Iam Eumolpidæ, & Ceryces Neptuno, & Mercurio oriundi, sacrorum Antistites, & faciferos præbent.* Clemens Alexandrinus: Τὸ Εὐμολπιδῶν, καὶ Κηρύκων τὸ Ἱεροφαντικὸν τοῦτο γένος ἐστίν. Clementem interpretatur Arnobius *lib 5. Ex quibus & gens fluit Eumolpidarum, & ducitur clarum illud apud Cecropios nomen, & qui postea floruerunt Caduceatores, Hierophantæ, atque Præcones.* Vna enim eademq; gens erat Cerycum, & Eumolpidarum, vt ex Androtione Scholiastes Sophoclis ostendit ad Oedipum Colon. Ἀνδροτίων μὲν οὖν γεγράφε, οὐ τὸν Εὔμολπον ὑμνῆσαι τὰ μύησια, ἀλλὰ ὅτι τοῦτο, Εὔμολπον πέμπειν γεγονέναι· Εὐμόλπου γὰρ γένεσθαι Κήρυκα· τοῦ δὲ Εὔμολπον· τοῦ δὲ Ἀντίφημον· τοῦ δὲ Μουσαῖον, τὸν Ποιητήν· ἐξ οὗ Εὔμολπον, τὸν καλλιεπήσαντα τὰ μύησιν, καὶ Ἱεροφάντην γενόμενον. Et Æschines *in oratione contra Ctesiphontem*, Eumolpidas, & Cerycas vbique coniungit. Atque hinc obtinuit, vt mysteria penes Eumolpidas esse dicerentur. licet præter hos ipsamet Dea alios etiam sua initia docuisse crederetur; de quibus Homerus:

Δεῖξεν Τριπτολέμῳ τε Διωκλεῖ τε πληξίππῳ

Εὐμόλπῳ τε βίᾳ, Κελεῷ θ' ἡγήτορι λαῶν
Δρησμοσύνῃσιν ἱερῶν, καὶ ἐπέφραδεν ὄργια πᾶσι.
Ostendit Triptolemo, Diocliq́, equorũ agitatori,
Eumolpo, Celeoq́ duci populorum
Ritus sacrorum, & docuit Orgia omnes.

Nec sanè Eleusinij se Athenienſibus dedide-runt aliâ conditione, quam vt Eumolpus, & fi-liæ Celei, quæ primæ Cererem mæstam, & anui ſimilem deprehenderunt, & mulierem Argi-uam ratæ ad matrem deduxerunt, vt author eſt Pauſanias, myſteria procurarent. Cæterùm Hierophanta, ab oſtendendis ſacris dictus, & ipſe ſacrorum Antiſtes, atque vt ait Heſychius, Μυσταγωγός, Ἱεροῦς, τὰ μυστήρια δεικνύων. Cuius erat munus initiare, & myſteria, quantùm fas etiam profanis enunciare. Hinc inter captio-ſas Chryſippi argutias exemplum ponitur: ὁ λέγων τοῖς ἀμυήτοις τὰ μυστήρια ἀσεβεῖ· ὁ Ἱεροφάντης τοῖς ἀμυήτοις λέγει· ἀσεβεῖ ἄρ' ὁ Ἱεροφάντης. *Qui myſteria profanis dicit, impius eſt. Dicit autem myſteria profanis Hierophanta: eſt ergo impius Hierophanta.* Daduchus facem ferebat: nam vt Lactantius ait *libro 1. capite 21.* quia Proſerpinam, *facibus in Aetnæ vertice accenſis, quæſiſſe in Sicilia Ceres dicitur; idcirco ſacra eius ardentium tædarum iactatione celebrantur.* Atque in huius rei memoriam non ſolùm Daduchus, ſed reliqui etiam Myſtæ faces inter currẽdum agitabant.

Sta-

Statius *Syluarum 4.*

Tuq; Actæa Ceres, cursu cui semper anhelo
Votiuam taciti quassamus lampada Mystæ.

Seneca *in Hippolyto:*

Iactare tacitis conscias sacris faces.

Claudianus:

Sanctasq; faces attollit Eleusis.

Daduchus vtebatur pellibus hostiarum quæ Ioui fuerant immolatæ, vocabanturque Διὸς κώδια. Suidas: Διὸς κώδιον, ὃ τὸ ἱερεῖον Διὶ πέπυται· θύουσί τε τῷ Μειλιχίῳ, καὶ τῷ Κτησίῳ Διΐ. Τὰ δὲ κώδια, τούτων φυλάττουσι Διὸς προπομπεύοντες· χρῶνται δ' αὐτοῖς, οἱ τὰ Σκιροφορίων τῷ πομπεῖῳ στέλλοντες, καὶ ὁ Δαδοῦχος ἐν Ἐλευσῖνι. Εἰ ἄλλοι ἵνες πρὸς τὰς καθαρμούς, ὑποστρωννύοντες αὐτὰ τοῖς ποσὶ τῶν ἐναγῶν. *Iouis vellus; cuius sacrum Ioui fuit immolatum. Sacrificant enim Ioui Meilichio, & Ctesio. Hostiarum vellera custodiunt, Iouis appellantes: vtuntur autem iis, qui Scirrhophoriorum pompã adornant, & Daducus in Eleusine: & alij ad expiationes, substernentes ea pedibus pollutorum.* Ex quibus intelligimus profanos, & aliquo scelere contaminatos, non potuisse loca sacra calcare. & cùm nihilominus in sacro peragenda esset expiatio; ne profanorum vestigiis Religio templi violaretur, substratæ pelles, quibus insistebant sinistro pede, quoad purgati, lustratiq; piaculari nexu exsoluerentur. Hesychius: Διὸς κώ-

δλον οὕτως ἔλεγον, ὃ τὸ ἱερεῖον ἐλήφθη· ἐφ' οὗ οἱ καθαρόμοι ἐστήκεσαν δεξιερῷ ποδί. An autem locus aliter, quàm Schottus censuit, ex Suidâ sit restituendus, in medio relinquo: mihi sane non displicet, vt loco τῷ ἐπήφθη, ponatur τὸ, Διῒ πθυ). Suidas iterum: Διὸς κώδιον· οὕτως ἐκάλεν τὰ τῷ Διῒ πθυμένα· ἢ αὐτὰς κέχρῆσθαι, ὡς ὃν τῶν ἀνθρώπων ἐναγῶν καθαρμὸς, ἢ αὐτὰ τοῖς ποσὶν ἐκείνων ὑποστρωννύοντες. *Sic appellabant ea quæ Ioui erant immolata; iisq; vtebantur in lustratione hominum pollutorum; eorumq; pedibus illa substernebant.* Præco iubebat profanos absistere, proclamans; Ἔκας, ἔκας ἄστις ἄλιτρος: aut, Ἔκας, ἔκας ἔστε βέβηλοι. *Procul, procul quisquis profanus: Procul, procul este profani.* Quod cautæ fuit, cur ab iis sibi abstinendum Nero putarit. Suetonius cap. 4. *Peregrinationi quidem Græciæ, quorum initiatione impij & scelerati, voce præconis submouerentur, interesse non ausus.* Fertur in primis, dictum Lysidis Pythagoræi: Βεβάλοις τὰ τῶν Ἐλευσινίων Θεῶν μυστήρια οὐ θεμιτά. *Profanis non sunt enarranda Eleusiniarum Dearum mysteria.* & ad hunc morem respexit Orpheus:

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστι, θύρας ἐπίθεσθε βεβήλοις
Πᾶσιν ὁμῶς.

Loquar quibus fas, ianuas adducite profanis
Omnibus simul.

Cæteros, id est initiatos, iubebat Σφημεῖν, id est, lin-

linguis fauere. Hæc breuiter indicasse mihi sufficiat; si quis plura desideret, ex Brissonij *libro 1. de Formulis* petat.

Cæterum Hierophanta in speciem Creatoris; facifer, Solis; minister ad aram, Lunę; Præco sacrorum, Mercurij adornabatur. Eusebius præparat. Euangelicæ 3. Ἐν δὲ τοῖς κατ' Ἐλευσῖνα μυστηρίοις, ὁ μὲν ἱεροφάντης εἰς εἰκόνα τοῦ Δημιουργοῦ ἐνσκευάζεται, Δαδοῦχος ἐς τιμὴν Ἡλίου, καὶ ὁ μὲν ἀπιβωμοῦ εἰς τιμὴν Σελήνης· ὁ δὲ Ἱεροκήρυξ Ἑρμοῦ.

Festi solennitatem ad dies plures durasse certum est. Numerum tamen definire nondum queo. Duos hactenus inueni suis nominibus insignitos, quorum prior Ἴακχος appellabatur. Hesychius: Ἴακχον, τὸν Διόνυσον, ἢ μίαν ἡμέραν τῶν μυστηρίων, ἐν ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξάγουσι. Nam initia fuere communia Cereri & Baccho; quod ex Orphei versibus animaduertere licet apud Clementem Alexandrinum, quò referendum est illud Lucretij lib. 4.

At gemina & mammosa, Ceres est ipsa ab Iaccho.

Arnobius libro 3. *O pura, ô sancta, atque ab omni turpitudinis labe disparata, atque abiuncta diuinitas: auet animus, atque ardet in Chalcidicis illis magnis, atque in palatiis cœli, deos, deasq; conspicere, intectis corporibus, atque nudis, ab Iaccho Cererem (musa vt prædicat Lucretij) mammosam, &c.*

Atque

Atque ideirco solenni pompâ Bacchum vigesimâ Boedromionis Eleusinem ex vrbe deducebant. In Scholiis Comici: Μιᾶ τ̃ μυςηρίων εἰκάς ἐςι, ἐν ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξάγουσι. *Vna mysteriorum dies est vigesima, in qua Iacchum educunt.* Plutarchus in Phocione: Εἰκάδι ἡ Φρυνὰ Βοηδρομιῶνος εἰσήχθη, μυςηρίων ὄντων, ἐν ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξ ἄςεως Ἐλευσῖνα δὲ πέμπουσι. *Vigesimâ Boedromionis inductum præsidium, cum mysteriorum dies esset, in qua ex vrbe Iacchum mittunt Eleusinem.* Qui verò pompam hanc comitabantur, Ἴακχον, Ἴακχον ingenti clamore personabant. Meminit Herodotus lib. 8. & ex eo verbum Ἰακχάζειν formauit Plutarchus *in Themistocle:* Ἦχον δὲ καὶ φωνὴν τὸ Θριάσιον κατέχειν πεδίον, ἄχρι τῆς θαλάττης, ὡς ἀνθρώπων ἅμα πολλῶν τὸν μυςικὸν ἐξαγόντων Ἴακχον. *Sonitum verò ac vocem occupare campum Thriasium à mari, velut hominum simul multorum, mysticum Iacchum educentium.* Via autem, quâ deducebatur, sacra vocabatur. Pausanias: Ἰέασι δὲ τὴν Ἐλευσῖνα ἐξ Ἀθηνῶν, ἣν Ἀθηναῖοι καλοῦσιν ὁδὸν ἱερὰν, *Euntibus Eleusinem Athenis, quam Athenienses sacram viam appellant.* Harpocration ex Isæi apologiâ: Τερὰ ὁδός ἐςιν, ἣν οἱ μύςαι προϊόντες ἀπὸ τ̃ ἄςεως ἰοῦσι τὴν Ἐλευσῖνα. *Sacra via est, quam Mystæ conficiunt ex vrbe Eleusinem.* De quâ librum integrum conscripsit Polæmon. Πλημοχόαι mysteriorum dies vltimus à quodam vasis genere vo-

vocabatur. Duas enim Plemochoas vino repletas eo situ collocabant, vt ortum altera spectaret, altera occasum; quas deinde recitato carmine precationum euertebant. Athenæus libro 11. Πλημοχόη σκεῦος περσικὸν, βεμβικώδες ὑδρεῖον ἠσυχῆ ὁ κοτύλισκον ἔνιοι προσαγορεύουσιν, ὡς φησι Πάμφιλος. Χρῶνται δ' αὐτῷ ἐν Ἐλευσῖνι τῇ τελουμένῃ τῆ μυστηρίων ἡμέρᾳ, ἣν καὶ ἀπ' αὐτοῦ προσαγορεύουσιν, ὡς φησι Πάμφιλος· Πλημοχόας· ἐν ᾗ δύο πλημοχόας πληρώσαντες, τὴν μὲν πρὸς ἀνατολὰς τὴν δὲ πρὸς δύσιν ἀνιστάμενοι, ἀναστρέφουσί τε ἐπιλέγοντες ῥῆσιν μυστικήν. *Plemochoe, vas fictile, lusorio puerorum turbini simile, ima sede leniter, modiceq; stabili fundatum: quod appellant quidam Cotyliscum, vt ait Pamphilus. In Eleusine vtuntur vltimo die mysteriorum, quem Plemochoas nominant ab hoc calice, quoniam impletas vino Plemochoas duas statuentes, ad orientem vnam, alteram ad occasum, illas mysticis precibus recitatis euertunt.*

In pompâ sacrorum imagines hæ circumferebantur; Creatoris, quam Hierophanta, vel Antistes; Solis, quam Daduchus siue facifer; Lunæ, quam minister ad aram; Mercurij, quam Præco gestabat. Ipsa verò Pompa non vno tractu Eleusinem ducebatur: nam aliquoties in itinere subsistebat. In quibus pausis, & hymnos cantasse, & sacrificasse, cognoscimus ex Plutarcho in Alcibiade: nam cum impeditâ viâ per

mare

mare pompa deferretur, aliquas cæremonias in viâ curari non potuisse refert: Ἀλλὰ καὶ θυσίαι, καὶ πολλὰ τῶν δρωμένων καθ' ὁδὸν ἱερῶν, ὅταν ἐξελαύνωσι τὸν Ἴακχον ὑπ' ἀνάγκης ἐξελείπετο. *Sed & sacrificia, & alia quæ in itinere fieri solent, quando Iacchum educunt, necessariò omittebãtur* Et quidem in ponte, qui Cephisso insternitur subsistere solebant. In quâ morâ, quoscunque passim contumeliis incessebant. Hinc à γεφύρα id est, *ponte*, γεφυρίζειν, *subsannare*, & quasi de ponte illudere, conuitiaq; facere, & γεφυριστὴς, *conuitiator, cauillator.* Hesychius: Γεφυριστάς, οἱ σκώπτοντες ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος. ἀπὸ τῆς γεφύρας τοῖς μυστηρίοις καθεζόμενοι ἐσκωπτον τοὺς παριόντας. *Gephyristæ, Cauillatores, quoniam per mysteria in ponte sedentes irridebant transeuntes.* Meminit etiam Strabo lib. 9. Ἐπὶ Κηφισσῷ γέφυραι, καὶ γεφυρισμός. Vtuntur ea voce multis locis Plutarchus, Appianus, Polybius. Ritus ab Iambe manauit, teste Apollodoro, & Proclo in Chrestomathiâ. Hesychius: Ἰάμβη γυνή τις ἐφ' ἧς ἡ Δημήτηρ ἐγελάσατε πενθοῦσα, ἀφ' ἧς Ἰαμβίζειν. Hanc igitur Iamben aiunt fuisse ancillam natione Thressam, quæ Cerere ob raptam filiam afflictâ, Eleusinem venit, & lapidi ἀγελάστῳ insidens, dicteriorum libertate risum Deæ concitauit. Paria sunt apud Hephæstionem; & tangit Nicander *in Alexipharmacis*, περὶ κυκεῶνος, id est, *de cinno*, verba faciens:

ὦ πόπι

ὦ πότε Δηὼ
Ἀθηναίκὴν ἔδρεξεν ἀν' ἄστυρον Ἱπποδρόωντ@ ;
Θρηϊσσης ἀθύρουσιν ὑπαὶ ῥήθρησιν Ἰάμβης.

Aliter paulò Ouidius, quem vide 5. Metam. Atque hinc forsitan est, quod eum ritum mulieres potissimum exercuerint; quæ non in ponto solùm, sed etiam ex curru, quo vehebantur, inter se contumeliis certabant. Scholiasta Comici: Αἱ τ' Ἀθηναίων γυναῖκες ἐπὶ ἁμαξῶν ὀχούμεναι εἰς τὰ μεγάλα Ἐλευσίνια ἀπήρχοντο· ὡς ἐπὶ ἁμαξῶν ἂν ὀχουμένων αὐτῶν, ὅταν εἰς Ἐλευσῖνα βαδίζωσι εἰς τὰ μεγάλα μυστήρια, καὶ λοιδορουσῶν ἀλλήλοις ἐν τῇ ὁδῷ, φησὶν· ἔθ@ γὰρ ἦν αὐταῖς φησι. *Athenienſium mulieres curribus vectæ, ad magna Eleuſinia proficiſcebantur. Igitur quaſi curribus vehérentur, quando Eleuſinem contendunt ad magna myſteria, & ſibi inuicem conuitientur, hoc ait: Illud enim moris erat.* Sed & cùm ſacra reducerentur Athenas, pari modo pauſæ interponebantur. Ita ſubſiſtebant in ſuburbij loco, cui nomen, ἱερὰ συκῆ, *ſacra ficus*. Philoſtratus in vitâ Apollonij Athenienſis: Ἐτάφη ἐν τῷ προαστείῳ τῷ ἐν Ἐλευσῖνι λεωφόρῳ· ὄνομα τῷ προαστείῳ ἱερὰ συκῆ· τὰ δὲ Ἐλευσινόθεν ἱερὰ, ἐπήδων, ἐς ἄστυ ἄγωσι, ἐκεῖ ἀναπαύεσθαι. *Sepultus eſt in ſuburbio viâ publicâ: loco nomen ſacra ficus. Eleuſine redeuntia ſacra, quando in vrbem agunt, illic quieſcunt.* Heſych. Ἱερὰ συκῆ, ἐν τῇ εἰς Ἐλευσῖν' ἀγούσῃ ὁδῷ. *Sacra*

ficus

ficus in viâ quæ Eleusinem ducit.

In his sacris mira silentij fides: nam in eum qui arcana diuulgasset, pœnâ capitis animaduertebatur; vt liquet *ex oratione Andocydis περὶ μυστηρίων*. Et inde natum prouerbium, Ἀθηνᾷ τὰ Ἐλευσίνια. Quod apud Zenobium Duris vsurpatum fuisse testatur, si quando conuenissent inter se, qui de re quapiam arcanâ tractarent Pausanias non vno in loco de mysteriis agens, somnio se monitum ait, ne secreta proderet. Verba eius sunt *in Atticis*: Τὰ δὲ ἔνδοθεν τοῦ τείχους τοῦ ἱεροῦ τόπου ὄνειρον ἀπεῖπε γράφειν καὶ τοῖς οὐ πλεόνεσσιν, ὅσοις ἐν θέαις ἔρχονται, δῆλα δή ἐστι μηδὲ πύθεσθαι μετεῖναί σφισιν. *At quæ intra sacrum parietem seruantur, scribere somno prohibemur: eorum enim adspectu non tantùm iis qui initiati non sunt interdictum est, verùm etiam ne percontari, aut audire fas quidquã est.* Pausanię somnio respondet somnium Numenij Philosophi, qui Pyrrhonis Heliensis discipulus fuit, de quo Macrobius *libro 1. in Somnium Scipionis cap. 2. Numenio denique inter Philosophos occultiorum curiosiori, offensam numinum, quod Eleusinia sacra interpretando vulgauerit, somnia prodiderunt. Viso sibi ipsas Eleusinias Deas habitu meretricio ante apertum lupanar videre prostãtes: admirantiq́, & causas non conuenientis numinibus turpitudinis consulenti, respondisse iratas; ab ipso se adyto pudicitiæ*

tie fuæ vi abstractas, & passim adeuntibus prostitutas. Et proscriptus ab Athenienſibus Diagoras, quod hac in parte religionem violasset. Hinc etiam Horatius *lib. 3. Oda 2.*

Est & fideli tuta silentio
Merces; vetabo qui Cereris sacrum
Vulgarit arcanæ, sub iisdem
Sit trabibus, fragilemq; mecum
Soluat Phaselum.

Et Augustus, vt author est Suetonius *capite 93. Athenis initiatus, cùm postea Romæ pro tribunali de priuilegio Sacerdotum Atticæ Cereris cognosceret, & quædam secretiora proponerentur, demisso concilio, & coronâ circumstantium, solus audiit disceptantes*, ne scilicet ad profanos quidquam emanaret. Excussit tamen adyra superstitionis sagacitas Christianorum, qui qualia hæc secreta fuerint verbis minimè ambiguis exposuerunt. Tertullianus *libro aduersus Valentinianos*, nihil aliud, præter membrum virile fuisse tradit, quod tam anxiè tegeretur, & ad quod videndum, nemo nisi interpositis tot Cæremoniarum obseruationibus admitteretur. *Sequitur iam*, inquit, *silentij officium; attentè custoditur, quod tardè inuenitur. Cæterum tota in adytis diuinitas, tot suspiria Epoptarum, totum signaculum linguæ, simulachrum membri virilis reuelatur.* At Theodoretus naturæ muliebris

ima-

imaginem arcanis Orgiis celari prodidit. Idq; magis conuenit fabulæ, quam Clemens refert, & ex eo Arnobius. Baubo fatigatę Cereri, quam hospitio exceperat, potionem offert: illa primùm aspernatur, & se oppidò difficilem præbet. Cùm ergo nullis officiis pertinaciam mœroris expugnare posset; vertit artes Baubo, tristitiamque Deæ turpitudinis insolentis spectaculo delenire statuit. *Redit ad Deam tristem*, inquit, *& inter illa communia, quibus moris est frangere ac temperare mœrores, retegit se ipsam, atque omnia illa pudoris loca reuelatis monstrat inguinibus. Atque pubi affigit oculos Diua, & inauditi specie solaminis pascitur. Tum diffusior facta per risum, aspernatam sumit, atque ebibit potionem. Et quod diu nequiuit verecundia Baubonus exprimere, propudiosi facinoris extorsit obscœnitas.* Quod ne per calumniam fictum putetur, Orphei versus in testimonium afferuntur à Clemente:

Ὣς εἰποῦσα πέπλους ἀνεσύρετο· δεῖξε δὲ πᾶσι
Σώματος, οὐδὲ πρέποντα τύπον παῖς δ' ἦεν Ἰακχος·
Χειρὶ τὰ μὴν ῥίπασκε γελῶν Βαυβὼ δὲ τὸ κόλπους.
Ἡδ' ἐπεὶ οὖν μείδησε, θεὰ μείδησ' ὅτι θυμῷ.
Δέξατο δ' αἴολον ἄγχι· ἐν ᾧ κυκεὼν ἐνέκειτο.

Arnobius Latinos fecit:

Sic effata simul vestem contraxit ab imo,
Obiecitq; oculis formatas inguinibus res,

Suc-

Succutiens quas Baubo cauâ manu; nam puerilis
Ollis cultus erat, plaudit, contrectat amicè,
Tum Dea defigens anguſti luminis orbes,
Triſtitias animi paulùm mollita reponit.
Inde manu poclum ſumit, riſuq; ſequente
Perducit totum Cyceonis læta liquorem.

D. Gregorius Nazianzenus obiter præcipuâ myſteriorum capita perſtringens oratione περὶ ἁγίων φώτων, nefarias libidinum turpitudines licentia nocturnæ ſuperſtitionis occultari non obſcurè declarat: Οὐδὲ Κόρη τις ἡμῶν ἁρπάζεται, οὐδὲ Δημήτηρ πλανᾶται, καὶ Κελεὸς ἵππους εἰσάγει, καὶ Τριπτόλεμος, καὶ Δράκοντες, καὶ τὰ μὲν ποιεῖ τὰ δὲ πάσχει· αἰσχύνομαι γὰρ ἡμέρᾳ δεῖξαι τὴν νυκτὸς τελετὴν, καὶ ποιεῖν τὴν ἀσχημοσύνην τῶν μυστηρίων. Οἶδεν Ἐλευσὶν ταῦτα, καὶ οἱ τῶν σιωπωμένων, καὶ σιωπῆς ὄντων ἀξίων ἐπόπται. *Neque nobis Proſerpina rapitur, nec Ceres errat, nec Celeos adducit, nec Triptolemos, & Dracones, partimq; agit, & partim patitur; nam pudet me diem afferre ſacris nocturnis, & ex myſterio turpitudinem efficere: ſcit Eleuſis hoc, & ſpectatores rerum, quæ tacentur, & certè ſilentio dignæ ſunt.* Et profectò, quæ corruptelæ venerint in mores obtentu pietatis, vnicum Paulinę exemplum ſatis ſuperque demonſtrat, quod à Ioſepho refertur *lib. 18. antiquit. Iudaicarum.* Nec Cicero diſſimulat in Legibus: Quid autem mihi diſpliceat in nocturnis, Poëtæ indicant Co-

mici: *Qua licentiâ Romæ datâ, quidnam egisset ille, qui in sacrificium cogitatam libidinem intulit; quo neque impudentiam qu dem oculorum adjici fas fuit.* Vt autē per omnia Cereris exemplum repræsentaretur, in acceptione mysteriorum primùm ieiunare cogebantur, deinde potio exhibebatur, vt constat ex tessara quam reddebant qui initiabantur: Ἐνήστευσα, ἔπιον τὸν κυκεῶνα, ἔλαβον ἐκ κίστης· ἐργασάμενος ἀπεθέμην εἰς κάλαθον, καὶ ἐκ καλάθου εἰς κίστην. Vertit Arnobius: *Ipsa denique symbola, quæ rogati sacrorum in acceptionibus respondetis; Ieiunaui, atque ebibi Cyceonem, ex cistâ sumpsi, & in calathum misi, accepi rursus, in cistulam transtuli.*

Litabant fœta sue. Rationem Phurnutus reddit: Θύουσι δὲ ὗς ἐγκύμονας Δημήτερι πάνυ οἰκείως, τὸ πολύγονον, καὶ εὐσύλληπτον, καὶ τελεσφόρον καθιερεύοντες. *Sues grauidas immolant Cereri: planè conuenienter, animal multiparum, facilè concipiens, & fœtum maturè proferens constituentes.* Eorum autem quæ Cereri erant immolata, nefas erat quidquam efferri. Scholiastes Comici *ad Equites*: Οὐκ ἐξῆν τὰ ἱερεῖα Δημήτερι, καὶ Περσεφόνῃ ἔξω ἀφιέναι. *Non licebat sacrificata Cereri & Proserpinæ extra demittere.*

Posterá mysteriorum die, Senatus ex lege Solonis Eleusinem conueniebat. Andocydes: Ἡ γὰρ βουλὴ ἐκεῖ καθεδεῖσθαι ἔμελλε κατὰ τὸν Σόλωνος νό-

νόμον, ὃς κελεύει τῇ ὑστεραίᾳ τ' μυστηρίων ἕδραν ποιεῖν ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ. *Senatus illic consessurus erat secundum legem Solonis, quæ iubet posterâ mysteriorum die consessum facere in templo Eleusinio.* Forsitan vt cognosceret, an sacra ritè peracta, num in ea commissum foret. nam quædam capitali supplicio sancita legimus. Sic qui ἱκετηρίαν templo intulisset, morte plectebatur; & quidem non auditâ causâ. Andocydes: Νόμος πάτριος εἶλις ἱκετηρίαν θεὶς ἐν Ἐλευσινίῳ ἄκριτον ἀποθανεῖν. *Lex patria, vt si quis ἱκετηρίαν in templo Eleusinio posuisset indicta causâ moreretur.* Idq; in eadem oratione περὶ μυστηρίων (sæpiùs repetit; eò quod eius culpæ velut affinis apud Senatum accusaretur.

ἙΛΕΝΟΦΟΡΙΑ.

HElenophoria, dies Athenis festus, quo arcana quædam sacra in Helenis ferebantur. Helena verò, vel Helenius, vt vult Hesychius, vas est è vimine contextum, quod oras salignas habet. Pollux libro 10. capite 53. Ἑλένη τὸ λεκτὸν ἀγγεῖον κατάρτινον, τὰ χείλη οἰσύνινον, ἐν ᾧ φέρεσιν ἱερὰ ἄρρητα τοῖς Ἐλενοφορίοις. *Helena vas contextum, vimineum, labra saligna habens: in quo Helenophoriorũ festo sacra inenarrabilia gestant.* Cui verò illud egerint, affirmare nequeo. An ad

Helenam referri posset? Comperior equidem à Spartanis eam solennitate feriarum obseruatam. Hesychius: Ἑλένια, ἑορτὴ ἀγομένη ὑπὸ Λακώνων. *Helenia festum, quod à Lacedæmoniis agitur.* Et Helenam in numerum Deorum fuisse relatam discimus ex Theodoreti *libro 3. Græcanicarum affectionum.* Cuius hæc sunt verba: Καὶ τὴν Ἑλένην δὲ τὴν Μενέλεῳ χωρίσαντες, μυρίοις τὸν πολυθρύλλητον, καὶ παμπόλλοις μοιχείαις, εἰς τὸν οὐρανὸν, ἤ φησιν Εὐριπίδης, ἀνήγαγον. *Et Helenam post quamplurima, & vulgatissima adulteria, seiungentes à latere Menelai, in cælum, sicut inquit Euripides, sustulerunt.* Locus Euripidis est *in Helena extremâ*, vbi fratres Dioscuri sic eam alloquuntur:

Ὅταν δὲ κάμψῃς, καὶ τελευτήσῃς βίον,
Θεὸς κεκλήσῃ, καὶ Διοσκόρων μέτα,
Σπονδῶν μεθέξῃς.
Cùm verò flexeris, & finieueris vitam,
Vocaberis Dea, & cum Dioscuris
Particeps eris mysteriorum.

Atque, vt author est Athenagoras, Ilienses Helenam Nemesis nomine coluerunt.

ΕΛΛΩΤΙΑ.

HEllotiorum originem & causam fusè Pindari Scholiastes exponit; cuius verba licet compluria Lectori exhibebo: nec enim habeo

habeo quòd illis addam; & ad rei præsentis illustrationem vel sola mihi sufficere videntur. Sic igitur ille *ad Olympionic. 13.* ad verba, Ἑλλώτια δ' ἑπτάκις, *Hellotia septies vicit.* Τὴν πανήγυριν ταύτην ἐσχηκέναι φασὶ τὴν Ἀθηνᾶν, ἀπὸ δ' ἕλους Μαραθῶνι ἔλθειν, ἔνθα ἱδρύσασθαι· γίνεται οὖν ἑορτὴ τῇ Ἀθηνᾶς ἐν Κορίνθῳ· ἐν ᾗ καὶ ὁ ἀγὼν τελεῖται ὁ καλούμενος λαμπαδοδρομικός· ἐν ᾧ ἔτρεχον νεανίαι λαμπάδας κρατοῦντες. αὐτὴ δὲ ἡ πανήγυρις εὑρήθη, κατά μού τινας, ἐπειδὴ τὸν Ἵππον ὁ Βελλεροφόντης ἐχαλίνωσεν ἡ Θέτις τὸν Πήγασον, καὶ παρεδήκατο αὐτῷ τὰ χαλινά, καὶ οὕτως εἶλεν αὐτόν· ἢ μᾶλλον τοῦτο· ἐπειδὴ Δωριεῖς σὺν τοῖς Ἡρακλείδαις ἐπῆλθον Πελοποννησίοις Κορίνθου χειρωσάμενοι, ταύτην τὴν Φλογὶ συνέφλεγον· ἦν τινων γυναικῶν ἐν τῷ παρθενῶνι φυγασῶν, τινὲς ἐξ αὐτῶν ἅμα Εὐρυλιώνῃ, καὶ Ἑλλωΐδι, εἰς τὸν τοῦ Ἀθηνᾶς εἰσελθοῦσαι νεὼν, οὕτω διαφθόξασθαι τὸν κίνδυνον παρεδόκησαν· ὡς δὲ ἤθουν οἱ Δωριεῖς, καὶ τούτων πῦρ ἐπεμψαν· αἱ μὲν ἄλλαι ἔφυγον· ἡ δὲ Εὐρυλιώνη, καὶ Ἑλλωΐς, ἀδελφαὶ τυγχάνουσαι, μὴ πεδίον συγκατεφλέχθησαν· λοιμῷ δὲ συμπεσόντος, οὐ πρότερον τὸ νόσημα παύσεσθαι, ἔφη ἡ Θέτις, πρὶν ἐξιλεώσωσι τὰς παρθένων τὰς ψυχὰς καὶ Ἑλλωτίδα Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἱδρύσασθαι, καὶ πανήγυριν Ἑλλώτια καλουμένην. *Cognomē hoc aiunt habuisse Minerua à Palude circa Marathonem, vbi statua illi erecta fuit. Est igitur Mineruæ festum apud Corinthios: in quo certamen cursus cum lampadibus celebratur. Currebant iuuenes lampadas tenentes.*

Hæc autem celebritas fuit inuenta secundum quosdam, cùm Bellerophontis equum Pegasum subiugauit Dea, frænosq; imposuit, & sic eum apprehendit. Aut ob hanc causam Dores, & Heraclidæ, Pelopõnesiis insidiati Corinthum, quam ceperant, incenderunt. E mulieribus excidium fugientibus, quædam cum Eurytione & Hellotide Minerua templum intrarunt, atque ita se periculum euasuras putarunt. Id vbi senserunt Dores, iis ignem iniecerunt. Et aliæ quidem effugerunt; Eurytione autem, & Hellotis in loco conflagrarunt. Hinc ortâ pestilentiâ morbum non ante cessurum Dea respondit, quam virginum animas placassent, & Hellotidis Minerua templum ædificassent, festumq; Hellotiorum instituissent. Eadem pæne ad verbum in Scholiis, quæ Demetrio Triclinio adscribũtur. Sed parùm conueniunt cum Hesychio, qui scripsit; Ἑλλωΐα, ἑορτὴ Εὐρώπης ἐν Κρήτῃ. *Hellotia, festum Europæ in Cretâ.*

ΕΡΜΑΙΑ.

Ἕρμαια, siue vt alij volunt Ἑρμεῖα, festum Mercurij, quem Græci vocant Ἑρμῆν. Hunc Athenienses præcipuo cultu obseruarunt, & primi Græcorum, à Pelasgis edocti, vt author est Herodotus *libro 2.* in compitis, triuiis, & quadriuiis, tanquam Deo Viali statuas erexe-

erexerũt; quibus veretra longa, & immania essent, & Hermas appellarũt. Meminerunt Thucydides *lib. 6.* Andocydes *oratione* περὶ μυστηρίων, Plutarchus *in Alcibiade, & Nicia.* Erant sine lacertis eiusmodi simulachra, vnde Strabo *lib. 15.* hominem brachiis truncatum Hermam vocat; & Dio *lib. 54.* Μειράκιον αὐδ' ὥμων, οἵας τοῦ Ἑρμᾶς ὁρῶμεν. *Adolescens sine humeris, quales Hermas videmus.* Iuuenalis Satyrâ 8.

Truncoq; simillimus Hermæ.

Forma verò quadrata. Cuius rationem affert Scholiastes Aristophanis: Ἐπεί φασιν τὸν Ἑρμῆν λόγου, καὶ ἀληθείας ἔφορον εἶναι, διὰ τοῦτο, καὶ τὰς εἰκόνας αὐτοῦ τετραγώνους, καὶ κυβοειδεῖς κατεσκεύαζον· αἰνιττόμενοι, ὅτι τὸ πιστὸν ἅρμα, ἐφ' ἅ μέρη πέσῃ παντάχοσε βάσιμον, καὶ ὄρθιον ἐστι· οὕτω καὶ ὁ λόγος, καὶ ἡ ἀλήθεια ὁμοία ἐστὶ παντάχοθεν αὐτῇ· τὸ δὲ ψεῦδος πολύχαρν, καὶ πολυμιδές. *Quoniam aiunt Mercurium sermonis, & veritatis esse præsidem, ob id effigiem eius quadratam, & formâ cubi faciebant. Indicantes eiusmodi figuram, in quamcunque partem ceciderit, perpetuo rectam manere. Sic oratio, & veritas vbicumque sibi similis & vniformis est; mendacium multiplex, & varium.* Nec in viis tantùm, sed etiam ante fores ædium priuatarum imagines Mercurij collocare moris erat; quibus exeuntes Conuiuæ gestatas à se in mẽsâ coronas imponebant. Ælianus *libro 2. capite 41.*

Καὶ τὸν στέφανον λαβὼν ὅτε ἐπανήει μὴ τὸ δεῖπνον τῷ Ἑρμῇ, τῷ πρὸ θυρῶν ἑστῶτι ἐπέθηκεν αὐτὸν, καὶ τὸ ἔθος τοῦτο ἔμεινεν ἡμερῶν. *Sumpta corona cùm à cœnare uerteretur, Mercurio qui stabat ante fores eam imposuit iuxta pristinam consuetudinem.* Porrò Hermis ad monstrandum iter passim fixis, fructuum primitias in vsum peregrinantium imponere solebant. Suidas: Ἑρμαῖον, τὸ ἀπροσδόκητον κέρδος· ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς τιθεμένων ἀπαρχῶν, ἃς οἱ ὁδοιπόροι κατεσθίουσι. *Hermæum, inopinatum lucrum; à primitiis in itinere depositis, quas viatores edunt.* Festum Hermæorum apud Athenienses fuisse videtur puerorum oblectationi datum. Plato *in Lyside:* Καὶ ἅμα ὡς Ἑρμαῖα ἄγουσιν ἀναμεμιγμένοι ἐν τούτῳ εἰσὶν οἵ τε νεανίσκοι, καὶ οἱ παῖδες. *Et simul vt Hermæa celebrent, permisti sunt eodem Adolescentes, & pueri.* Et insistens proposito moxaddit: Εἰσελθόντες δὲ καταλάβομεν αὐτόθι παῖδας τινας, καὶ τὰ περὶ ἱερεῖα σχεδόν τι ἤδη πεποιημένα, ἀστραγαλίζοντάς τε δὴ, καὶ κεκοσμημένους ἅπαντας. *Ingressi palæstram comperimus ibi pueros, qui sacrificarunt; sacrificio peractis, ornati omnes ludu astragalorum animum oblectabant.* Cretensibus autem festum fuit, non absimile Saturnalibus Romanorum. Athenæus *libro 14.* ex Carystio. Ἐν ταῖς τῶν Κρονίων ἡμέραις, Ῥωμαίων παρὰ τοῖς ἔθος ἐστὶν ἑστιᾶν τοὺς οἰκέτας, αὐτοὺς τοὺς τῶν οἰκετῶν ἀναδεχομένους λειτουργίας. Ἑλληνικὸν δὲ τοῦτο τὸ ἔθος

ἐν Κρήτῃ γὰν τῇ τ' Ἑρμαίων Ἑορτῇ τὸ ὅμοιον γίνεσθαι, ὡς φησι Καρύστιος ἐν ἱστορικοῖς ὑπομνήμασι· διακονέμενοι γὰρ τοῖς οἰκέταις οἱ δεσπόται ὑπηρετοῦσι πρὸς τὰς Δαπάνας. *In Saturnaliorum diebus Romani seruos suos excipere cōuiuio solebant, ipsi seruilia ministeria obeuntes. Græcorum verò mos iste: nam in Cretâ Hermæorum festo simile fit, vt scribit Caryſtius in Hiſtoricis commentariis. Epulantibus enim ſeruis domini famulantur.*

ΕΡΩΤΙΔΙΑ.

FEſtum apud Theſpienſes Amori dedicatum. Athenæus libro 13. Θεσπιεῖς τὰ Ἐρωτίδια τιμῶσι, καθὰ Παναθήναια Ἀθηναῖοι, καὶ Ὀλύμπια, Ἠλεῖοι, Ῥόδιοι τὰ τὰ Ἅλια. *Theſpienſes Erotidia, id eſt Amoris ſacra celebrant, vt Athenienſes Panathenæa, Elei Olympia, Rhodÿ Halia.* Quinquennalem & præterea Muſis, atque Amori communem fuiſſe ſolennitatem, author eſt nobis Plutarchus in ἐρωτικῷ. Ἐν Ἑλικῶνι δ' ἅμα τῇ Μούσῃ, ὦ Φλαυσιανέ, τὰ Ἐρωτικὰ Θεσπιέων ἀγόντων, (ἄγουσι γὰρ ἀγῶνα πενταετηρικὸν, ὥσπερ καὶ τῇ Μούσῃ, καὶ τῷ Ἔρωτι, φιλοτίμως πάνυ, καὶ λαμπρῶς.) *In Helicone apud Muſas, Flauiane, Amatoria celebrantibus Theſpienſibus; nam certamen quinquennale celebrant, vt Muſis, ita etiam Amori, magnificè admodum & ſplendidè.* Hinc in eo certamine,

non

non tantùm Athletis, sed etiam Musicis præmia proponebantur. Pausanias: Ἄγουσι δὲ καὶ τῷ Ἔρωτι ἆθλα οὐ μουσικῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἀθλητὰς ἰδόντες. *Agunt autem amori festum, præmia non Musicæ tantùm, sed etiam Athletis stattuentes.*

ΕΤΑΙΡΙΔΙΑ.

HEtęridia Magnesij celebrant in honorem Iouis Ἑταιρείου, id est, *Sodalis*. Athenæus *libro 13.* ex Hegesandri commentariis: Οἶδα δὲ καὶ ἑορτὴν, Ἑταιρίδεια, ἀγομένην ἐν Μαγνησίᾳ, οὐ διὰ τὰς ἑταίρας, ἀλλὰ διὰ ἑτέραν αἰτίαν, ἣν μνημονεύει Ἡγήσανδρος ἐν ὑπομνήμασι γεγραφὼν ὧδε· τὴν δὲ Ἑταιριδίων ἑορτὴν συντελοῦσι Μάγνητες. Ἱστοροῦσι γὰρ πρῶτον Ἰάσονα τὸν Αἴσονος συναγάγοντα τοὺς Ἀργοναύτας Ἑταιρείῳ Διὶ θῦσαι, καὶ τὴν ἑορτὴν, Ἑταιρίδεια προσαγορεύσαι. θύουσι δὲ οἱ Μακεδόνων Βασιλεῖς τὰ Ἑταιρίδεια. *Memoriâ quoque teneo in Magnesiâ festum celebrari, quod Hetæridia vocant, non quidem à meretricibus, quas ἑταίρας Græci vocãt, sed ob aliam causam, quam Hegesander in commentariis sic explicat; Hetæridia festa celebria sunt Magnetibus. Narrant enim Iasonem Aesonis filium collectis Argonautis primum Hetæridia Ioui Sodali sacrificasse; festumq; nominasse Hetæridia. Hetæridia Macedonum quoque Reges sacrificant.*

ΕΦΕ-

Ε Φ Ε Σ Ι Α.

EPhesia Dianæ festum apud Ephesios. Ita Scholiastes Thucydidis exponit: Ἑορτὴν τὴν Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος, *Festum Ephesiæ Dianæ*. Hesychius: Ἐφέσια, ἀγὼν ἐν Ἐφέσῳ ἐπιφανής, *Ephesia, certamen Ephesi clarum*. Certaminis mentio fit in antiquis inscriptionibus pagina 314. vbi Aurelius Asclepiades tertium se ἀγῶνα Ἐφέσιον vicisse gloriatur. Claritudinem festi, & celebritatē Thucydides innuit *lib. 3.* & indicat manifestè Strabo *lib. 14.* Πανήγυρις δ' ἐνταῦθα συντελεῖται κατ' ἔτος· ἔθη δὲ ἔνιοι οἱ νέοι φιλοκαλοῦσι, μαλίστα δὲ περὶ τὰς ἐνταῦτα ἐυωχίας λαμπρυνόμενοι. *Conuentus ille fit quotannis: & consuetudine quadam, adolescentes in splendidè adornandis conuiuiis operam collocant*. Et mox addit: Τότε δὴ τὸ Κουρήτων ἀρχεῖον συνάγει συμπόσια καὶ τινας μυστικὰς θυσίας ἐπιτελεῖ. *Sed & Curetum collegium tunc conuiuia agitat, & mystica quædam sacrificia peragit*. Tacitus etiam *lib. 3. annalium* primos omniū Ephesios ait cæremonias sui templi memorasse, cum pro tribunali numinum religiones introspicerentur. Totius autem solennitatis ordinem, & ritus ex Xenophonte Ephesio descriptam nobis exhibet Politianus *Miscellaneorum cap. 51.* in hunc modum: *Agebatur solenne iis locis Dia-*

næ festum ab vrbe ad templum, quæ sunt stadia omnino septem. Celebrare pompam Virgines omnes indigenas oportebat, splendidè in primis ornatas. Prætereaq; Ephœbos, Abrocomi æquales, qui tũ annum decimumseptimum agebat, & cum Ephœbis aderat, vel vtique primas in eâ pompâ ferebat. Magna autem vis hominũ spectaculo intererat, vel populorum, vel hospitum; siquidem mos habebat, vt in ea celebritate, & sponsi Virginibus, & Ephœbis vxores inuenirentur. Procedebat ergo ordinatim pompa; primò scilicet sacra, faces, canistra, & suffimenta: tum autem equi, canesq;, & venatoria arma, nonnullorum quoque bellica. Sed pleraque tamen pacalia. Fœminarum se quæque veluti ad amatoris oculos cõposuerat; Virginumq; ordinem ducebat Antia. Ipsius Dianæ simulachrum copiâ mammarũ spectabile. Minutius Felix: *Diana interim est altè succincta Venatrix, & Ephesia mammis multis, & vberibus exstructa.* Vnde & Multimammiam appellarunt. D. Hieronymus *in Epistolam Pauli ad Ephesios: Erat Ephesi templum Dianæ, & eiusdem in ipso Multimammia, id est, multarum mammarum effigies, qua cultores eius decepti, putabant eum omnium viuentium nutricem.* Deæ tamen omnium nutrici sacerdotes steriles tribuebant. Expostulat Heraclitus *in Epistola ad Hermodorũ: Quanto Ephesiis meliores Lupi atque Leones! Non se in-*

uicem

uicem mancipant, nec aquila aquilam emptitat; nec Leoni Leo ministrat pocula. Sed neque canis canem exsecat; vt vos Deæ Sacerdotem exsecuistis Megabysum; metu, ne Virgini vir consecretur. Et quo pacto impij aduersus naturam, pij sitis aduersus simulachrum? Principio enim id agitis, vt Diis primus imprecetur Sacerdos amissâ virilitate. Sacerdotum ordo triplex. Nam vt apud Romanos, primo anno Vestales discebant, secundo res sacras obibant, tertio docebant: ita apud Ephesios erat Dianæ Sacerdos futurus, Sacerdos, & emeritus Sacerdos. Plutarchus *lib. An seni sit gerenda respubl.* Καὶ τὴν ἐν Ἐφέσῳ τῇ Ἀρτέμιν, ὁμοίως ἑκάστε Μελλίερω τὸ πρῶτον, εἶθ' Ἱέρω, τὴν δὲ τρίτην Παριέρω καλοῦσι. *Sacerdotes Dianæ apud Ephesum primùm Mellieren, futuram sacerdotem; deinde Hieren, vt iam sacerdotem; postremò Parieren vocant, quasi perfunctam sacerdotem.*

HΡΑΙΑ.

HEræa Iunonis festum. Pollux *libro 1. cap. 1.* nam Ἥρεα, *Iuno*. Illud Samij ritu nuptiali peragebant; quia nuptias Iouis & Iunonis apud se fuisse celebratas existimarent. Lactantius *lib. 1. cap. 17. Insulam Samum scribit Varro priùs Partheniam*

nominatam; quod ibi Iuno adoleuerit, ibiq; etiam Ioui nupserit. Itaque nobilissimum & antiquissimum templum eius est Sami, & simulachrum in habitum nubentis figuratum: & sacra eius anniuersaria nuptiarum ritu celebrantur. D. Augustinus *libro 6. de ciuitate Dei, cap 7. Sacra sunt Iunonis, & hæc in eius dilecta insula Samo celebrantur, vbi nuptui data est Ioui.* Nam Iunonem in Samo clàm fuisse deuirginatam aiunt; moremque inde mansisse apud Samios, vt clàm Virgines abducerentur; ac mox in propatulo nuptialia sacra peragerentur. Eustathius *ad Iliad. Ξ.* Ἕτεροι δὲ ἐν Σάμῳ λάθρᾳ Ἁμαρτηνὰ θλῶσαι αὐτὴν φασιν, ὅθεν Σάμιοι κρύφιον ζῆλον Ἥρας λάθρᾳ τὰς παρθένους συγκομίζουσιν, εἶτα φανερῶς τοὺς γάμους θύουσι. *Alij verò in Samo clam deuirginatam fuisse Iunonem aiunt: vnde Samij, admitationem Iunonis clàmculum virgines abducunt; deinde nuptialia publicè sacrificant.* Athenienses quoque earundem nuptiarum memoriam festo coluerũt; & ἱερὸν γάμων, id est, *sacras nuptias* appellarunt. Hesychius: Ἱερὸς γάμος, ἑορτὴ Διὸς, καὶ Ἥρας. Meminit eius apud Athenæum *lib. 6.* Menander. Ipsa tamen nuptiarum celebritas adeo non vulgata fuisse videtur; vt ne quidem in tantâ fabularum licentiâ iactationem obtinuerit. Nam Theocritus in exemplũ summæ curiositatis, quâ plerumq; laborant mulieres, adducit;

Παῦς

Πάντα γυναῖκες ἴσασιν, καὶ ὡς Ζεὺς ἠγάγετ' Ἥρην.
Omnia mulieres sciunt, & vt Iuppiter duxit Iunonem.

Nihilominus inualuit, vt esse Iunoni *vincla Iugalia curæ* putarentur. Quocirca nupturæ Virgines eam in primis sibi placatam reddere studebant: in tantùm, vt ipsa συζυγία, id est *coniunctio*, teste Polluce *lib. 3 cap. 3.* Ἡ ἐκτέλεια vocaretur. At Corinthij Iunonia per luctum egerunt. Euripidis Scholiastes *in Medeam*: Ἡραῖα πένθιμος ἑορτὴ παρὰ Κορινθίοις. *Heræa lugubre festum apud Corinthios.* Pellenæ Argiuorum eadem certamine clara fuerunt; cuius Victores chlænâ donabantur Pindarus Odâ 9. Olymp.

Καὶ ψυχρῶν ὁπότ' ἀθέσιμον
φάρμακον ἀνέμων
Πελλανία φέρει.
Frigidorum quando propulsatorium
remedium ventorum
Pellenâ tulit.

Scholiastes Aristophanis *ad nebulas*: Ἐν Πελλήνῃ ἐν τοῖς Ἡραίοις ἆθλον ἐτίθετο χλαῖνα. *Pellenæ in Iunoniis præmium statuebatur chlæna.* Deinde addit: οἱ δέ ὅτι Ἑρμοῦ ἄγεται ἐν Πελλήνῃ τῆς Ἀχαΐας, καὶ τοῦτο ἔπαθλον τίθεται. *Alij verò aiunt Mercurij festum agi in Pellena Achaiæ, & hoc præmium statui.* Quam opinionem secutus est Pindari commentator. Hinc Pellenicæ chlænæ apud anti-

antiquos nomen obtinuerunt. Hesychius: Πελλαίη πόλις ἐν Ἄργει· Πελλαιικὰς χλαῖνας. ἐπεὶ διαφέρειν ἐδόκουν, αἱ ἐν Πελλαίῃ γινόμεναι χλαῖναι, ὡς καὶ ἆθλα τοῖς νικῶσι δίδοσθαι. *Pellene ciuitas in Argo: Pellenicæ chlænæ: quoniam excellere videbantur factæ in Pellena chlænæ; adeo vt loco præmij victoribus darentur.* Strabo libro 8. Ἔστι δὲ κώμη Πελλαίη, ὅθεν καὶ αἱ Πελλαικαὶ χλαῖναι, ἃς καὶ ἆθλα ἐτίθεσαν ἐν τοῖς ἀγῶσι. *Est & pagus Pellene; vnde nomen Pellenicis chlænis, quas in certaminibus præmij loco proponebant.*

ΗΡΟΣΑΝΘΕΙΑ.

HEsychius: Ἡροσάνθια, Ἀνθολογία· ἑορτὴ γυναικεία, λαμπρά, ἀγομένη ἐν Πελοποννήσῳ κατὰ τὸ ἔαρ. *Herosanthia, florilegium: festum muliebre, splendidum; in Peloponneso circa ver agi solitum.*

ΗΡΟΧΙΑ.

HEsychius: Ἡρόχια, τὰ Θεοδαίσια. οἱ δὲ ἑορτὴν, οἱ δὲ ἔρια. *Erochia; Deorum edulia. Alij festum, alij lanam putant.*

ΗΡΩΙΣ.

FEstum quod Delphis nono quoque anno celebrabatur. De quo Plutarchus *in Quæstio-*

stionibus Græcis. Τῆς δὲ Ἡρωΐδος τὰ πλεῖστα μυθικὸν ἔχει λόγον, οὐν ἴσασιν αἱ Θυιάδες· ἐκ δὲ τῶν ὀρωμένων φανερῶς Σεμέλης αὐξησις εἰκάσαις. *Heroidis pleraque fabulosam habent rationem Thyadibus notam: exiis quæ aguntur, liquidò quis excitationem Semeles conjiciat repræsentari.*

ΘΑΛΥΣΙΑ.

Festum est Cereris. Theocritus Idyllio sexto:

Τᾶ Δηοῖ γὰρ ἔτευχε Θαλύσια ὁ Φρασίδαμος
Κ' Ἀντιγένης ὁυ τέκνα Λυκώπιος.

Nã Cereri sua sacra simul Phasidemus agebat,
Antigenesq; meus duo pignora Cara Lycopei.

Scholiastes: Θαλύσια, ἑορτὴ ἣν ἐτέλουν τῇ Δήμητρι μετὰ τὴν συγκομιδὴν τῶν καρπῶν. *Thalysia, festum, quod agebant post fructuum comportationem.* Atque hinc, ἀπὸ τοῦ συγκομίζειν, *à comportando*, etiam Συγκομιστήρια vocabant. Eustathius ad Iliad. 1. Θαλύσια δὲ αἱ ἀπαρχαὶ, ἦγεν αἱ μετὰ συλλογὴν τῶν καρπῶν διδόμεναι θεῷ ὡσὲρ τὸ καὶ εἰς ἕπτα θάλλειν τὰς ἀρούρας· λινεῖς δὲ τῶν Ῥητόρων τὰ συγκομιστήρια τοῦτο καλέσι. *Thalysia verò Primitiæ: quæ post collectionem frugum Deæ penduntur, vt in posterum quoq; arua floreſcant. Quidam Rhetores à verbo com-*

portandi, Syntomisteria vocant. Hac ſe ratione fertilitatem procurare & dignas Cereri grates perſoluere putabant. Theocritus:

Α᾽ δ᾽ ὁδὸς ἅδε Θαλύσια· ἦ γὰρ ἑταῖροι
Ἀνέρες ὑπέσχλω δαμάτερι δαῖτα τελεῦντι,
Ὄλβῳ ἀπαρχόμενοι· μᾶλα γὰρ σφίσι πίονι μέτρῳ
Δαίμων δ᾽ κριθον ἀνεπλήρωσεν ἀλωάν.

En ſacrum properamus iter: nam cætera turba
Debita frugiferæ peragunt ſolennia Diuæ,
Primitias dulces: namq; illis diuite cornu
Ardua fœcundæ diſtendunt hordea meſſes.

Suidas: Θαλύσιον τὸ ὑπὲρ εὐθαλίας διδόμενον. Vnde etiam notat Euſtathius: ὅλη γίνεται, ἀπὸ τοῦ θάλλω, θαλλύω, θαλύσω, & hinc Θαλύσια.

ΘΑΡΓΗΛΙΑ.

THargelia feſtum Apollinis & Dianæ. Suidas: Θαργήλια, ἑορτὴ Ἀπόλλωνος, καὶ Ἀρτέμιδος. Agebatur ſextâ menſis Thargelionis, qui Apollini ſacer erat. Harpocration: Ἀγεται δὲ Θαργηλιῶνι μηνί· ὃς ἐστιν ἱερὸς Ἀπόλλωνι. Heſychius: καὶ ὅλος ὁ μὴν ἱερὸς τῷ θεῷ. *Celebratur menſe Thargelione: qui ſacer eſt Apollini. Et totus menſis Deo ſacer eſt.* Ratio eſt, quod eo natus fuiſſe crederetur. Apuleius de Platone verba faciens: *Menſe etiam, qui apud Atticos Thargelion dicitur, natus eſt; die quâ apud Delum Latona fertur Apollinem;*

nem, Dianamq; peperisse. pridie Socratem genitum accepimus. Duo igitur fuerunt Thargeliorum dies; sextus & septimus Thargelionis. Priore ciuitatem lustrabant. Laërtius de Natali Socratis: Ἐγεννήθη δὲ (καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς) ἕκτῃ Ἀψεφίωνος ἐν τῷ πεμπτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος Θαργηλιῶνος ἕκτῃ, ὅτε καθαίρουσι τὴν πόλιν Ἀθηναῖοι, καὶ τὴν Ἄρτεμιν γενέσθαι Δήλιοί φασιν. *Nascitur (vt ait Apollodorus in Chronicis) sub Apsephione, septuagesimæ & septimæ Olympiadis anno quarto, Thargelionis die sextâ, quâ lustrant Athenienses ciuitatem, Dianamq; natam Delij prædicant.* Posteriore sacrificium fiebat. Plutarchus *Sympos. 8. quæstione 1.* Ἀπόλλωνος γὰρ ἀμφοτέρας ἑορτὴν γενέσθαι· τὴν μὲν γὰρ Θαργηλίοις Ἀθηναίοις τὴν δὲ Καρνεία Κυρηναίων ἀγόντων· ἑβδόμῃ δὲ ἀμφοτέρας ἑορτάζουσι, καὶ τὸν θεὸν, ὡς παύτῃ γενόμενον ὑμεῖς (εἶπεν) οἱ Προφῆται, καὶ οἱ Ἱερεῖς Ἑβδομαγενῆ καλεῖτε. *Ambos enim natos festo Apollinis die: Platonem Athenis, cùm Thargelia agerentur: Carneadem Cyrenæ, cùm ibi Carnia celebrarentur. Vtrumque sacrificium in septimum diem incidit. Et vos Vates, atque Sacerdotes, Apollinem, vt eâ die natum, Hebdomagenam, quasi septimanatum appellatis.* Ex his etiam licet colligere diem sextum, vt Dianæ; septimum, vt Apollinis natalem fuisse obseruatũ. Hinc Laërtius, qui; vt ostendimus, natales Dianæ & So-

cratis in eundem incidisse diem refert; Platonem quoque natum ait eo ipso die, quo editus fuit in lucem Apollo: Καὶ γένεσιν Πλάτων (ὡς φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν χρονικοῖς) ὀγδόῃ, καὶ ὀγδοηκοστῇ Ὀλυμπιάδι, Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ· καθ' ἣν Δήλιοι τὸν Ἀπόλλωνα γενέσθαι φασί. *Nascitur autem Plato (ut Apollodorus testatur in Chronicis) 88. Olympiade, Thargelionis die septimo; quo natum Apollinem Delij putant.* Festi Cæremonia consistebat in circumferendis fructuum, seminumque primitiis, quæ in ollis cocta Diis offerebantur. Hesychius: Ἐν δὲ τοῖς Θαργηλίοις τὰς ἀπαρχὰς τῶν φαινομένων ποιοῦντες, καὶ περικομίζουσι. *In Thargeliis primitias apparentium faciunt, & circumferunt.* Hinc etiam est quod Θάργηλον exponāt ἱκετηρίαν. Ipsam verò ollam sacro decocto plenam, Θάργηλον appellabant. Hesychius: Θάργηλος· χύτρα ἱερᾶς ἑψήματος. *Thargelus olla sacri decocti.* Suidas: Καὶ ὁ τῶν σπερμάτων μεστὸς χύτρος, ἱερᾶς ἑψήματος· ἥψουν δ' ἐν αὐτῇ ἀπαρχὰς τῷ θεῷ, τῶν πεφυτευόντων καρπῶν. *Et seminibus plena olla, sacróve decocto. Coquebāt enim in eâ Deo primitias fructuum, qui tum è terrâ prodiissent.* Solennitatis procuratio spectabat ad Archontem. Pollux *lib 8* Ὁ δὲ Ἄρχων διατίθησι μὲν Διονύσια, καὶ Θαργήλια μετὰ τῶν ἐπιμελητῶν. *Archon disponit Bacchanalia, & Thargelia, cum curatoribus.*

ΘΕΟΓΑΜΙΑ.

SAcra Proserpinę solennitas; quam eandem fuisse putant, cum Ἀνθεστηρίοις, siue Περιφατηίοις. de quibus ante diximus. Festum ritu nuptiarum agebant. Atque ex eo, vt opinor, in mores Græcorum, & Romanorum iuit, vt à puero canistrum pane refertum Nuptæ præferretur; atque identidem inclamaretur: Ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἀμεῖνον. *Fugi malum, inueni melius*; ad recolendam beneficij memoriam, quo

Cesserit inuentis Dodonia quercus aristis.

Cuius moris aliqua vestigia Gerardimontenses mei etiamnum reseruant. Nec malè quispiam, ex eodem fonte confarreationis ritum fluxisse contendat.

ΘΕΟΞΕΝΙΑ.

IN multis Græciæ ciuitatibus celebrabantur sacra nulli priuatim Deo dicata, sed in vniuersum omnibus. Eum diem vocabant Θεοξένια. Hesychius: Θεοξένια, κοινὴ ἑορτὴ πᾶσι τοῖς θεοῖς. *Theoxenia, commune festum omnibus Diis.* Athenienses autem ea potissimum celebrarũt Nam inter propria illius Reipub. instituta hoc fuit, quod Θεοὺς ξένους colerent. Hesychius: Θεοὶ

ξενικὸι παρὰ Ἀθηναίοις τιμῶν), ὡς καταλέγει Ἀπολλοφάνης ἐν Κρησίν. *Dij Hospites apud Athenienses honorantur, quos enumerat Apollophanes in Cretensibus.* Inde illa ara Θεοῦ ἀγνώστου, de quâ D. Paulus. Fuere tamen Θεοξένια Apollinis honori peculiariter consecrata apud Pellenenses. Pausanias in Achaicis: Ἔστι καὶ Ἀπόλλωνος Θεοξενίου Πελληνεῦσιν ἱερόν· τὸ δὲ ἄγαλμα χαλκοῦ πεποίηται· καὶ ἀγῶνα ὄπιτελοῦσι Θεοξένια τῷ Ἀπόλλωνι. *Est & Apollinis Theoxenij templum apud Pellenenses: simulachrũ ex ære factum: & certamen Apollini Theoxenia celebrant.* Scholiastes Pindari *ad Odam Olymp. 19.* Hæc Pellenensium sacra Apollini, & Mercurio communia fuisse tradit. Ad Odem verò 13. ait in hunc modum: Πελλήνη δ' Ἀχαΐας πόλις, ὅπου τὰ φιλοξένια (lego Θεοξένια) καὶ αἱ χλαῖναι δίδονται. *Pellene ciuitas Achaiæ, vbi Theoxenia, & Chlænæ dantur.* Idem ad Oden 3. Theoxeniorum originem ad Dioscuros refert; quibus Hercules cælum petiturus certaminum curam mandauit: Καὶ οὗτοι, inquit, ἀφ' ἑαυτῶν μετενόησαν Πανήγυριν, Θεοξένια· ὡς τὸ δοκεῖν τότε ξενίζειν τοὺς θεούς. *Et illi excogitarunt celebritatem Theoxeniorum, sic dictam, quod tum Dij hospitium fecisse viderentur.* Hinc etiam fortè contigit, vt Dioscurorum sacrificium ξενισμὸς appellaretur.

ΘΕΟΦΑΝΕΙΑ.

ΘΕοφάνια, vel vnitatis numero, Θεοφανία, est, vt inquit Suidas, ἡ ἔ θεῦ φανέρωσις, *Dei apparitio.* Festum eo die celebrari solitum, quo Deos hominibus apparuisse credebant. Fuit in primis memorabile Delphis; si credimus Herodoto *libro 1.* vbi refert Crœsum oracula sciscitantem, duas ingentis magnitudinis pateras misisse Delphos, alteram argenteam, auream alteram, opus Theodori Samij. Sed cum templum conflagrasset, ambæ fuerunt amotæ; & quidem aurea in Clazomeniorum thesauro reposita, pondo talentorum octo & dimidij, præterea minarum duodecim: Argentea verò ad suggrũdam anguli in templo locata sexcentarum amphorarum capax; ex qua vinum in Theophaniis libari affirmat: Ἐπικίρνατον τοῦτο Δελφῶν Θεοφανίοισι. *In eâ miscetur vinum à Delphis Theophaniorum festo.*

ΘΕΣΜΟΦΟΡΙΑ.

MVlsò, vt mea quidem est sententia, cum Eleusiniis Thesmophoria confuderunt. At vnicuique promptum erit amborum collatione percipere diuersitatem. Vt igi-

tur in Eleusiniis multa fiebant, quæ nisi ad frugum inuentionem non pertinebant: sic in Thesmophoriis pleraque ad legum; vt ipsum quoque nomen indicat. Θεσμὸς enim authore Hesychio, νόμος θεῖος *Thesmus diuina lex.* Et Ceres non tantũ fruges hominibus; sed etiam, vt canit Poëta,

Prima dedit leges.

Callimachus *in hymno Cereris*:

Κάλλιον ὡς πολίεσσιν ἐδόξατο πεθμία δῶκε.

Pulchrius vt leges præscripserit vrbibus æquas.

Hinc eam Græci, vt patet *in antiquis inscriptionibus paginâ 309.* Θεσμοφόρον, Latini Legiferam appellarunt. Virgilius libro 4. Æneid.

mactant lectas de more bidentes
Legiferæ Cereri.

Ad quem locum Seruius: *Leges Ceres dicitur inuenisse; nam & sacra ipsius Thesmophoria, id est, legum latio vocantur. Sed hoc ideo fingitur, quia ante frumentum inuentum à Cerere, passim homines sine lege vagabantur; quia feritas interrupta est, postquam ex agrorum discretione nata sunt iura* Atque in huius rei memoriam fæminæ libros legales capite gestabant, & orantes Eleusinem pompâ solenni proficiscebantur. Theocriti Scholiastes ad Idyllium [illegible] νόμος γὰρ ἦν Ἀθηναίοις κατ' ἔτος τελεῖν τὰ Θεσμοφόρια ταῦτα. Παρθένοι γυναῖκες, ἃς τὸν βίον σεμνὰς, καὶ τὴν ἡμέραν τὸ τελε-

πλείτης, τὰς νομίμους βίβλους, & ἱερὰς ὑπὲρ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἀνετίθεσαν, καὶ ὡσαύτως λιβανώτου ἐπήρχοντο εἰς Ἐλευσῖνα. *Lex enim fuit Athenienſibus, vt Theſmophoria illa quot annis celebrarent Virgines mulieres, vitaq; honeſtæ; quæ per ſolennitatis diem legales libros, & ſacros vertice geſtantes, tanquam ſupplicantes Eleuſinem contenderent.* Theſmophoria ſolę mulieres obibant; viri prorſus arcebantur. Cui rei atteſtatur abundè Ariſtophanes in Θεσμοφοριαζούσαις. vbi Mneſilochus, quod habitum mentitus in arcana ſacrorum irrepſiſſet, ad ſupplicium à mulieribus depoſcitur: & ibidem canunt:

Ἥκετ' ὦ Φρονες, ἴλαοι,
Πότνιαι ἄλσος ἐς ὑμέτερον
οὗ δὴ ἀνδράσιν οὐ
Θεμιτὸν εἰσορᾶν
Ὄργια σεμνὰ θεῶν.
Venite lætæ, propitiæ,
Venerandæ lucum in veſtrum,
Cuius quidem viris non
Fas eſt intueri
Sacra veneranda dearum.

Et alio loco:

σὺ δ' ἀπόστηθι μοι
Ἵνα μὴ 'πακούσῃς ὢν ἀνὴρ.
Tu verò diſcede mihi,
Vt non audias exiſtens vir.

In

In Græciam ea sacra filiæ Danai ex Ægypto detulerunt. Herodotus *libro 2.* Αἱ Δαναΐδαι θυγατέρες ἦσαν, αἱ τὴν τελετὴν ταύτην ἐξ Αἰγύπτου ἐξαγαγοῦσαι, καὶ διδάξασαι τὰς Πελασγιώτιδας γυναῖκας. *Danai filiæ initia ista ex Aegypto detulerunt, & Pelasgas mulieres docuerunt.* Ieiunio se præparabant ad sacra. Aristophanes *in Auibus:*

Ἀλλ' ὡσπερεὶ Θεσμοφορίοις νηστεύομεν.
Sed velut in Thesmophoriis ieiunamus.

Moris huius etiam meminit Athenæus libro 7. Quamuis eo loco medium Thesmophoriorum ieiunio seruatum fuisse dicat. Deinde à potu auspicabantur. Apud Aristophanem mulier examinat Mnesilochum:

Γυ. Ὅ τι πρῶτον ἡμῖν τῶν ἱερῶν ἐδείκνυτο;
Φέρ' ἴδω τί πρῶτον λῶ; Μν. Ἐπίνομεν.
Γυ. Τί δὲ μετὰ τοῦτο δεύτερον; Μν. Προὐπίνομεν.

Mul. *Quid primum nobis sacrorum ostenditur? Age videam, quid primum?* Mn. *Bibimus.* Mul. *Quid post hoc secundũ?* Mn. *Propinauimus.* Quamuis aliàs peracta re diuinâ tantùm se liberalius inuitare poculis solerent: vnde & μεθύειν inflexum putat Aristoteles, quod ebrij fierent μετὰ τὸ θύειν, *post sacrificium.* Abstinendum etiam iis erat à Venere. Ouidius *lib 10. Metam.*

Festa piæ Cereri celebrabant annua matres,
Illa quibus niueâ velatæ corpora veste,
Primitias frugum dant spicea serta suarum,

Per-

Perq́ nouem noctes Venerem, tactusq́ viriles
In vetitis numerant.

Apud Theodoretum *lib. 12. Græcanicarum affectionum*, Pythagorica Theano, rogata quoto demum die mulieri liceret à complexu viri Thesmophoriis interesse; ἀπὸ μὲν ἰδίου ἀναπλήρωμα, ἔφη· ἀπὸ δὲ ἀλλοτρίου οὐδέποτε. *Et quæ à proprio viro surrexerit, statim licere respondit; quæ ab alieno nunquam.* Sed vt continentiam sibi faciliorem redderent, salicis, aut viticis folio lectos insternebant. Plinius *libro 23 cap. 9. Matronæ in Thesmophoriis Athenienſium caſtitatem cuſtodientes iis foliis cubitus ſibi ſternunt.* Nam salicem habere vim perimendi seminis, & libidinis exstinguendæ, author est Theophrastus. Ælianus Ἀφροδισίου κώλυμα nuncupat. Alij ἄγνον castam appellant. Homerus Odyss. κ. ὠλεσίκαρπον, id est, vt exponit Plinius *libro 16. cap. 26. frugiperda.* Ad quem locum Eustathius: Διότι οἱ πίνοντες αὐτὰς ἄθυτοι ὀλλύουσι τὸν καρπὸν, ἤτοι ἄγονοι γίνονται. Vtebantur ad idem quoque Cunilagine. Theocriti Scholiastes ad hunc versum Idyllij 7.

Χ' ἁ σισὰς ἐσσεῖται πεπυκασμένα ἐς ὀπὶ πᾶχυν
Κνύζᾳ τ', ἀσφοδέλῳ τε.
Et thorus densè stratus erit ad cubitum vsq́
Conyzâ & Asphodelo.

Τὴν κνύζαν, κνύζαν εἶπεν· ἔστι φυτὸν ψυκτικώτερον· ἐν-

ἔνθεν καὶ ἐν τοῖς θεσμοφορίοις καταστρωννύουσι τὸ φυτὸν τὴν θερμότητα τὴν πρὸς τὰ Ἀφροδίσια ἐκκόπτοντες. *Conyzam dixit Cnyzam. Plantæ refrigerandi summa vi pollens, quam propterea in Thesmophorijs lecto substernunt, calorem ad res venereas exstirpantes.* Idem *ad Idyll. 4.* Κνύζα φυτὸν χορτῶδες, ᾧ αἱ Θεσμοφοριάζουσαι πρὸς τὴν ἁγνείαν στιβάδοποιοῦσι. *Cnyza, planta graminis forma, qua Cereris sacra celebrantes fœminæ lectos ad seruandã castitatem insternunt.* Religio etiam erat Θεσμοφοριαζούσης gustare grana mali Punici. Clemens Alexandrinus *in Protrept.* Καὶ αἱ Θεσμοφοριάζουσαι τὸ ῥοιᾶς οὐ κόκκους φυλάττεσθαι ἐθέλειν, οὐκ ἀποπεπωκότας χαμαὶ ἐκ τῆς Διονύσου αἵματος σταγόνων βεβλαστηκέναι νομίζουσι τὰς ῥοιάς. *Mulieres quæ Thesmophoria celebrãt, ab esu granorum mali Punici abstinent, existimantes ex guttis sanguinis Dionysij pullulasse mala Punica.* Quę libera non esset arcebatur apud Aristophanem Domina ancillam submouet:

σὺ δὲ ἄπιθ' ὦ θρᾷττα ἐκποδών·
δούλοις γὰρ οὐκ ἔξεστ' ἀκούειν τῶν λόγων.

Tu verò abi Thressa confestim:
Seruis enim non licet audire sermones.

Noctu arcana peragebantur. Arnobius: *Illa diuina, quæ Thesmophoria nominantur à Græcis, quibus gente ab Atticâ, sancta illa peruigilia consecrata sunt, & Pannychismi graues.* Atque hinc magna ardentium tædarum multitudo, quam

ex

ex Aristophanis Θεσμοφοριαζούσας animaduertas. Nec minus quam Eleusinia, hæc etiam sacra silentio velabantur. Hinc Herodotus *lib. 2.* de iis se loqui posse negat, nisi quatenus Religio patitur. & ab Aristophane Θεσμοφορίων ἱερὰ ἀπόῤῥητα dicuntur. Res autem tanto silentio culta, muliebre pudendum. Theodoretus *lib. 3. Græcanicarum affectionum*: Καὶ τὸν κτένα τὸν γυναικεῖον (οὕτω δὲ τὸ γυναικεῖον ὀνομάζουσι μόριον) ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις τῇ Δήμητρι τελεσμένων γυναικῶν θείας τιμῆς ἀξιοῦσθαι. *Nec minus muliebrem pectinem (sic enim pudenda mulieris vocant) in Cereris festo, mulieres initiatæ diuino honore dignum habent.* Numerum verò dierum, quibus Thesmophoria celebrabantur, diuersum authores ponunt. Ouidius nouem, Hesychius quatuor, Laërtius in vitâ Democriti, tres. Aristophanes tertium ait esse medium; quod verum esse nequit, nisi quinque statuantur:

Ἐπεὶ τρίτη ἐστὶ Θεσμοφορίων ἡ μέση.
Quoniam dies est tertia Thesmophoriorum media.

Quo respexit Hesychius, cùm inquit: Ζητεῖται πῶς ἅμα μὲν λέγει τρίτην Θεσμοφορίων εἶναι, ἅμα δὲ μέσην, πέντε ὄντων ἡμερῶν. *Quæritur quomodo simul dicat tertiam Thesmophoriorum esse, simul & mediam, cum tantùm sint quatuor.* Erytræenses peculiarem in Thesmophoriis ritum seruarunt,

runt, vt carnes non ad ignem, sed ad solem assarent; de quo Plutarchus *in Quaestionib. Graecis.*

ΘΗΣΕΙΑ.

THeſei ossa è Scyro, vbi fuerat à Lycomede interfectus, Cimon Athenas reuexit. Athenienſes in media vrbis regione condiderũt, eique templum exſtruxerunt, quod Θησεῖον appellarunt. Harpocration ex Demoſthenis oratione contra Cteſiphontem: Θησεῖον τέμενός ἐστιν ἀνειμένον τῷ Θησεῖ. *Theſeium templum eſt Theſeo dedicatum.* Huic autem templo inuiolabile ius Aſyli contra potentiorum iniurias conceſſerunt; & ſacra eidem inſtituerunt, quæ octauâ Pyanepſionis die celebrabantur. Plutarchus *in Theſeo:* Ἔτι δὲ φύξιον οἰκέταις, καὶ πᾶσι τοῖς ταπεινοτέροις, καὶ δειλόσι κρείττονας, ὡς καὶ ἕ Θησέως πρόσταται ὄντος, καὶ βοηθητικὸς ἡγουμένου, καὶ προσδεχομένου φιλανθρώπως τὰς τῶν ταπεινοτέρων δεήσεις. Θυσίαι δὲ πίπτουσιν αὐτῷ τῇ μεγίστῃ, ὀγδόῃ Πυανεψιῶνος, ἐν ᾗ μετὰ τῶν ἠθέων ἐκ Κρήτης ἐπανῆλθεν. *Eſt id perfugium ſeruis, & omnibus demiſſioribus, timentibus & potentiores. Quod tutelaris Theſeus, atque auxiliaris fuiſſet, & benignè abiectorum accepiſſet preces. Sacrum maximum ei exhibent octauo die menſis Pyanepſionis, quo ex Creta âredit cum impũberibus.* Verum Ariſtophanis enarrator *ad Plutum,*

tum, & ex eo Suidas, instituta putant esse Theseia in memoriam facti, quo dispersa per agros Atticos multitudo in vnam ciuitatem coacta perhibetur. Ἑορτὴ δὲ αὐτῷ ἐπετελεῖτο, ἐπειδὴ αὐτὸς συνήγαγε πᾶσι Ἀθηναίοις πανδήμους πανοικίας, καὶ κατὰ κώμας οἰκουμένους. *Festum ei celebrabatur; quoniam ipse congregauit Atticam prius dispersam, & per vicos habitatam.* Præterea octauum cuiusque mensis diem Theseo consecrarũt. Plutarchus: οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰς ἄλλας ὀγδόας τιμῶσιν αὐτὸν, ἢ διὰ τὸ πεῖσαι τοὺς Τροιζηνίους ἀφεῖσθαι τῆς ὀγδόης τοὺς Ἑκατομβαιῶνος, ὡς ἱστόρηκε Διόδωρος ὁ περιηγητής. ἢ νομίζοντες ἧττον μᾶλλον ἐκείνῃ προσήκειν τὸν ἀριθμὸν ἕτερον, ἢ Ποσειδῶνος γενέσια λεγόμενα. *Attamen & aliorum mensium octauo quoque die colunt eum: vel quod primũ ex Trœzene octauo Hecatombœonis appulisset, vt memoriæ prodidit Diodorus Periegetes; vel quod illi præcipuè hic numerus, qui diceretur ex Neptuno attribuendus esset, &c.* Cæterum Theseia festiuis epulis egerunt, in memoriam inediæ, qua pressi oracula consuluerũt, & responsum acceperunt, ne Thesei manes sinerent inultos. Scholiastes Aristophanis *ad Plutum*: Ἀθηναῖοι δὲ λιμώξαντες, καὶ κελευσθέντες ἐκδικῆσαι τῷ Θησεῖ, τὸν μὲν Λυκομήδη ἀνεῖλον. τὰ δὲ ὀστᾶ μετοισφλάμψαι, καὶ Θησεῖον οἰκοδομήσαντες ἱσοτέλεις αὐτῷ ἡμᾶς νέμουσι. Διανομὴ δὲ, καὶ ὠνὴ τοῖς Θησείοις γίγνονται. τὰς δὲ ὀγδόας τὰ Θησεῖα ἤγετο. *Athenienses*

rienses fame laborantes, & iussi Theseum vlciscì, ipsum quidem Lycomeden interfecerunt; translatis autem ossibus, & aedificato templo diuinos illi honores tribuerunt. Distributiones, & epulæ in Theseis fiunt. Octauis autem Theseia agebantur.

ΙΛΙΕΙΑ.

HEsychius: Ἰλίαδα· ἑορτὴ ἐν Ἀθήναις ἐκ Ἰλίου Ἀθηνᾶς. *Festum Athenis Minervæ Ilienſis.* Nam Suidas: Ἰλιεία, Ἀθηνᾶ ἡ παρ' Ἰλιεῦσι τιμωμένη. *Ilieia, Minerva ab Ilienſibus culta.*

ΙΝΑΧΙΑ.

FEstum Leucotheæ apud Cretenſes. Heſychius: Ἰνάχια, ἑορτὴ Λευκοθέας ἐν Κρήτῃ ἀπὸ Ἰνάχου. *Feſtum Leucotheæ in Cretâ ab Inacho.*

ΙΝΥΝΙΑ.

CVius Dei feſtum fuerit, nondum inueni. Heſychius in Lemno celebratum ait: Ἰνύνια, ἑορτὴ ἐν Λήμνῳ. *Inynia feſtum in Lemno.* An forte ea ſunt, de quibus Cicero *in fine libri 2 de naturâ Deorum. Praterea Samothraciam, eaq. quæ Lemni*

Lemni nocturno aditu occulta coluntur, syluestribus sepibus densa.

Ι Σ Σ Ω Ρ Ι Α.

ISsoriam vocarunt Dianam, eiusque festum Issoria. Ἰσσώρια, ἡ Ἄρτεμις, καὶ ἑορτή, καὶ τόπος ἐν Σπάρτῃ, *Issoria, Diana, & festum, & locus in Sparta*, inquit Hesychius. Stephanus: Ἰσσώριον (lego Ἰσσώριον) ὄρος τῆς Λακωνικῆς, ἀφ' οὗ καὶ ἡ Ἄρτεμις Ἰσσώρια. *Issorium, mons Laconiæ, à quo & Diana Issoria.*

Ι Σ Ε Ι Α.

AVariis populis celebrata in honorem Isidis. Meminit Diodorus Siculus *lib. 1. Bibliothecæ:* Παρ' ἐνίοις δὲ τῶν πόλεων, καὶ τοῖς ΙΣΕΙΟΙΣ ἐν τῇ πομπῇ μετὰ τῶν ἄλλων φέρεσθαι πυθμένας πυρῶν, καὶ κριθῶν, ὑπομιμνῄσκοντα τῶν ἐξ ἀρχῆς τῇ θεῷ φιλοτεχνῶς εὑρεθέντων. *Apud nonnullas quoque vrbes, cùm Iseia celebrantur, in pompâ, tritici, & hordei vascula circumferri ad primitùs Deæ industriâ repertorum memoriam.*

Κ Α' Β Β Η Ρ Α.

HOc modo possum dicere festum fuisse: sed cuius, aut quale non possum. Et in eius expositione mutilus est Hesychius.

Κάββηρα, inquit, ἑορτὴ ἀγομένη. Nam pati compendio tacuisset.

ΚΑΛΑΟΙΔΙΑ.

HEsychius: Καλαοίδια, ἀγὼν ἐπιπλέμβρος ὥσπερ λάκωσι. *Calaœdia, certamen agi solitum apud Lacedæmonios.*

ΚΑΝΗΦΟΡΙΑ.

IN honorem Dianæ fuerunt instituta. nam virgines nubiles per ea sacra canistros earum rerum, quas pulchriores acu laborassent, plenos Dianæ consecrabant. Atque ita significabant se prioris vitæ, virginitatisque pertæsas exauthorari velle. Igitur virginitatem deposituræ, illius custodem hac ratione deprecari se putabant. Sic apud Theocritum Idyllio 27. Virgo iam mulier facta, orat;

Ἄρτεμι μὴ νεμέσα.

Parce precor Diana.

Idem Poëta Idyllio 2.

Ἦλθ' ἁ τῶ Εὐβούλιο Καληφόρος ἄμμιν Ἀναξὼ
Ἄλσος ἐπ' Ἀρτέμιδος.

Venit Eubuli filia cistifera nobis Anaxo
Ad lucum Dianæ.

Ad quem locum Scholiastes: Εἰώθεσαν γὰρ τῇ Ἀρτέμιδι καληφορεῖν αἱ μέλλουσαι γαμεῖσθαι· ἢ τὰ ἀφοσιώσει

ἐκδοσθ τ παρθενίας, ἵνα μὴ νεμεσηθῶσιν ὑπὲρ αὐτῆς τὰ δὲ μυσήρια ταῦτα Ἀθήνησι πολιτεύονται· καινηφόρους δὲ Ἀρτέμιδι, αἱ ὧραν ἔχουσαι γάμου, ὥσπερ ἀπολογούμεναι τῇ τ παρθενίας τῇ θεῷ, ἵνα μὴ ὀργισθῇ αὐταῖς μελλούσαις τὸ λοιπὸν φθείρεσθαι. *Nuptiræ solent Dianæ canistra ferre ad expiationem virginitatis, vt illius indignationem euitent. Cæremoniæ illæ Athenis obseruantur. Dianæ canistros gestabant nubiles, quasi Deæ pro virginitate respondentes, ne iras ceteretur ipsis in posterum corrumpendis.* Nec tãtùm, quia virginitatis custos erat, eam placabant, sed etiam quia parturientibus opem ferre putabatur. Ipsi etiam repentinæ mortes mulierum attribuebantur. Eustathius ad Iliad. Z. Οἱ ἀφνίδιοι θάνατοι τ γυναικῶν Ἀρτέμιδι ἐδόκουν ἀνακεῖσθαι, ὡς οἱ τ ἀνδρῶν τῷ Ἀπόλλωνι. *Repentinæ mortes mulierum Dianæ imputabantur, vt virorum Apollini.* Porrò cistiferas sequebantur Διφροφόροι, id est, *Selliferæ*. Etymologicum magnum: Διφροφόροις δὲ καὶ καινηφόροις εἴποντο διφρὰς ἐπιφερόμεναι. Moris etiam fuit Athenis statò tempore Cereri καινηφορεῖν. Callimachus:

Τῶ καλάθω κατιόντος ἐπιφθέγξασθε γυναῖκες,
Δαμάτηρ μέγα χαῖρε, πολύτροφε, σὺν κυμέδιμνε.
Τὸν κάλαθον καλέουσα χαμαὶ ἰαστεῖσθε βέβηλοι,
Μηδ' ἀπὸ τ πήγεω, μηδ' ὑψόθεν ἀνιάσησθε.
Faminea, calatho iam descendente, cateruæ
Acclamẽt; Salue alma Ceres, Dea farris abundãs.

Dum calathus descendit, humi spectate profani:
Desuper hinc nemo, aut tecti de culmine cernat.

Scholiastes: Ἔθος ἦν ἐν Ἀθήναις ἐν ὡρισμένῃ ἡμέρᾳ ἅμα ἅρματος φέρεσθαι καλάθιον εἰς τιμὴν τῆς Δήμητρος. *Mos erat Athenis statodie, in curru ferre calathum, in honorem Cereris.*

ΚΑΡΝΕΙΑ.

APollo cognomentum Καρνείου, à Carnio, siue Carno accepit. Praxilas apud Theocriti Scholiasten ad Idyllium 5. versu 83. ἀπὸ Καρνείου φησὶν ὠνομάσθαι τοῦ Διὸς, καὶ Εὐρώπης υἱὸς, ὃν ἠράσθη τοῦ Ἀπόλλωνι. *A Carnio inquit appellari, Iouis, & Europæ filio, quem Apollo amauit.* Hesychius: Κάρνειος· ἐπίθετον Ἀπόλλωνος· ἴσως ἀπὸ Κάρνου, τοῦ Διὸς, καὶ Εὐρώπης. *Carnius appositum Apollinis, fortè à Carno Iouis, & Europæ filio.* Alcman à Carneo quodam Troiano deduxit. Demetrius, à κραίνειν, id est perficere: ὅτι Μενέλαος, inquit, στρατὸν εἰς Ἴλιον ἤγαγετο τιμήσων αὐτὸν ἐν κραίνῃ. *Quod Menelaus ducto ad Ilium exercitu, eum se honoraturum vouit, si perficeret.* Cæterum Apollinii dies Carneiorum consecrati, quos Lacedæmonij, Therenses, Cyrenæi, & Dorienses obseruarunt. De Lacedæmoniis Thucydides libro 5. οἱ Λακεδαιμόνιοι Κάρνεια ἦγον. *Lacedæmonij Carnia agebant.* Suidas: Κάρνεια, Ἀπόλλων· ἑορτὴ

ἣν ἄγ-

Ἀπόλλωνι Λακεδαιμονίοις, *Carnia Apollinis festum apud Lacedæmonios.* Qui ipsum quoque Carneum Iouis & Europæ filium diuinis honoribus affecerunt; &, vt author est Pausanias in Laconicis, Οἰκέτην, id est Domesticum, cognominarunt. Hinc Callimachus in hymno Apollinis:

Σπάρτη τοι Καρνεῖε τόδε πεδίοιο ἕδεθλον.

Sparta tibi Carneæ est antiquissima sedes.

Iisdem mensis, quem Plutarchus in Niciâ, dicit respondere Metageitneoni Athenienſium, Carnius appellabatur: eiusque meminit Euripides in Alceſtide. Erant autem in eo plurimi dies sacri. Scholiastes Thucydidis: Τῷ γὰρ Καρνείῳ πολλὰς ἔχοντι ἱερὰς ἡμέρας, ἢ καὶ πάσας ἱερὰς μᾶλλον, οὐκ ἐστράτευον. *Mense Carnio, qui multas, vel potius omnes dies habet sacras, non militabãt.* Et hunc expeditioni nonnunquam impedimento fuisse testatur Herodotus libro 7. Sic Thucydides libro 5. peractis demum Carniis Lacedæmonios exercitum duxisse tradit: Εὐθὺς οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐπιδὰν τὰ Κάρνεια ἤγαγον, ἐστράτευον, *Confestim peractis Carniis Lacedæmonij exercitum duxerunt.* Quod verò Thucydidis Scholiastes omnes mensis Carnij dies sacros fuisse dicat, ὑπερβολικῶς accipiendum. Nam ex Athenæo libro 4. discimus nouem tantùm festa religione cultos. Καὶ γίνεται ἡ τῶν Καρνείων ἑορτὴ ἐπὶ ἡμέρας ἐννέα. *Agitur festum Carniorum ad dies*

nouem. Festi Cæremoniæ consistebant in imitatione disciplinæ militaris. Demetrius Scepsius apud Athenæum, inquit, Τὴν τῶ Καρνείων ἑορτὴν παρὰ Λακεδαιμονίοις, μίμημα εἶναι στρατιωτικῆς ἀγωγῆς, *Carniorũ festum apud Lacedæmonios imitamentum esse militaris disciplinæ, ac vitæ.* Sacra administrabant Cælibes; & ex singulis tribubus quini sorte ducebantur, qui eo munere ad quadriennium fungebantur, & Καρνεάται vocabantur. Hesychius: Καρνεάται, οἱ ἄγαμοι, κεκληρωμένοι ἐπὶ τὴν τῶ Καρνείω λειτουργίαν· πέντε δὲ ἀφ' ἑκάστης (addenda vox, φρατρείας, aut φυλῆς) ἐπὶ τετραετίαν ἐλειτούργουν. *Carneatæ, Cælibes, sorte ducti ad Carnei Apollinis administrationem, quinque ex vnaquaque tribu ad quadriennium ministrabant.* Ex Lacedæmone Theras à Posteris Oedipi traducta solennitas. Callimachus:

Ἐκ μοῦ τοι Σπάρτης ἔκτον γένος Οἰδιπόδαο
Ἦγαγε Θηραῖον εἰς ἀποικίην.
Oedipodæ sextum genus è Lacedæmone Theras
Te duxit.

Oedipi quippe filius fuit Polenices; huius Thersander; Thersandri Autesion; Autesionis Tisamenus; quo procreatus est Theras; qui Coloniam duxit, & insulæ nomen suum imposuit. Cyrenæis autem Battus ostendit. Idem Poëta:

Δεῖμε δέ τι μάλα καλὸν ἀνάκτορον· ἐν δὲ πόληϊ
Θῆκε

Θῆκε τέλεσφορίῃ ἐπετήσιον, ἦ ἔνι πολλοὶ
Ταῦρον πίπτουσιν ἀπ' ἰφθίμου, ὦ Ἄνα, πυρσοί.

Augustum hinc templum tibi condidit, annua in urbe
Sacra dicans, vbi multi inflexo poplite sacri
Ad tua procumbunt extremùm altaria Tauri.

Plutarchus etiam sympos. 8. quæst. 1. memoriæ prodidit, à Cyrenensibus eodem agi tempore Carnia, quo ab Athenienſibus Thargelia celebrabantur. Dorienſes quoq; Carnia seruarunt, sed aliam ob cauſam inſtituta. Neque enim à Carneo Iouis, & Europæ filio duxerunt originem; ſed à Carno, qui natione fuit Acarnan, & ab Apolline diuinandi artem edoctus. Hunc caſtra ingreſſum, vnus Heracleidarum, Hippotes nomine, vt ſcribit Pauſanias *in Laconicis*, vel Aletes, vt vult Scholiaſtes Callimachi *ad hymnum Apollinis verſu 71.* interemit, ſpeculatorem ratus. Theopompus cædis authorē ſubtexuit: Ἡρακλεῖδαι ἀπέκτειναν, inquit, ἀπερχόμενον εἰς Πελοπόννησον στρατόπεδον, καταδόντες κατάσκοπον εἶναι τοῦ στρατεύματος. *Heraclidæ occiderunt venientem in Peloponneſum, ſuſpicantes ſpeculatorem eſſe exercitus.* Sed facinoris indignitatem Apollo peſtilentiâ vindicauit. Dorienſes igitur pœnâ moniti, percuſſorem capite mulctarunt; & Carni manes ſacris, ac Cæremoniis in Apollinis honorē inſtitutis placarūt. Fuere tamen qui Car-

nia Iouis esse festum dicerent. Author nescio quis in Commentario Theocriti: Ἑορτή ἐστι Διὸς Καρνεῖα ὀνομαζομένη· παρ' Ἕλλησι δὲ πελεῖται ἀφὶ τὸν Δούριον ἵππον ὃν Κερνεὶς εἶναι ξύλα. Perperam legitur Καρνεὶς; vti manifestum est ex Pausania, qui nominis originem deducit ἀπὸ τῆς κερνείας, *à corno arbore*, transpositâ literâ R. non tamen ad Iouem, sed Apollinem refert ex hac causâ: Cornos à Græcis in Idâ Troiæ monte ex Apollinis Luco, ad durateum equum fabricandum excisas; cumque Dei numen læsum scirent, ad eius iram leniendam sacra instituisse, & ab corni nomine, quam Græci vocant κερνείαν, transpositâ literâ, priscâ quadam cõsuetudine Carneum Apollinem nuncupasse.

ΚΑΡΥΑΤΙΣ.

HEsychius: Καρυᾶτις, ἑορτὴ Ἀρτέμιδος, καὶ ἱερόν. *Caryatis festum Dianæ, & templum.* In Laconiâ seruatum: nam Stephanus ait, Κάρυα, χωρίον τῆς Λακωνικῆς εἶναι, *Locum Laconiæ esse*.

ΚΟΤΥΤΤΙΑ.

COtys numen turpium præses. Suidas: Κότυς δαίμων ἣν ἐν Κορινθίοις τιμώμενος, ἔφορος τῶν αἰσχρῶν· ὅθεν οἱ Κλειδοῦχοι, καὶ Τίμαρχοι, καὶ πάντες

οἱ

εἰ πρὸς ἀργύριον τὴν ὥραν διατιθέμενοι, καὶ εἰ μὴ πρὸς ἀργύριον δὲ, ἀλλὰ πρὸς ἄλλο τι, ἢ εἰ μὴ πρὸς μηδὲν ὅλως, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐξάγιστον ἡδονὴν καθάπαξ οἱ ἡλυδρίαι τειχῶν πλάσμα πάντες εἰσί. *Cotys numen apud Corinthios cultum, præses turpium. vnde Clisthenæ, & Timarchi, & quicumque lucri causâ formam proſtituunt, & qui ſine ſpe lucri, ſed gratis ob nefariam voluptatem effæminati, & capillum fingentes vniuerſi.* Ab aliis Cotytto vocatur. Coluerunt eam Thraces; ab his, vt author eſt Strabo *lib. 10.* Athenienſes acceperunt, gens peregrinarum religionum, nouorumque Deorum auidiſſima. Eandem & Chij & Corinthij obſeruarunt. Huius præſidio facinoroſa deteſtãdi amoris mancipia ſe tutabantur. Sacra Deæ, Cotyttia dicebant. Horatius Epod. 17.

Inultus vt tu riſeris Cotyttia.

Quorum peruigilationes nefariâ libidinum infamiâ laborarunt. Quare Iuuenalis Satyrâ 2. fœda virorum conuenticula, quæ tum Romæ gliſcebant, nocturnæ Cotyttiorum licentiæ confert:

Talia ſecretâ coluerunt orgia tædâ,
Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotytto.

Vnde prouerbio Κότυος θιασώτης, *Cotyos ſodalis* dicitur, homo effæminatus, & infami mollitie ſceleroſus. Syneſius in Caluitij encomio: οὐδὲν ἄλλο παρέχεται γνώρισμα τοῦ θιασώτης εἶναι τῆς Κό-

Κότυϊ, ἀλλ' εἰ μόνον ἐν ᾧτο φανείη, περὶ πολέως ἢ πόλεως πείσεσθαι μεγάλων, ὡς ἐναλείφειν τε αὐτὸν, καὶ ἀφαπτῆναι καὶ βοσρύχοις, οὓς ἅπασι προχέρον λέγειν, ὅτι ἄνθρωπος ἔτος τῇ χόων ἡτῷ, καὶ τοῖς Ἰθυφάλλοις ὡρχήσατο. *Nullo opus est alio documento, vt quis Cotyos collega habeatur, quam si maximo studio comam excolat, adhibendo vnguenta, & in cincinnos eam frangendo: confestim enim cuiuis in promptu est dicere, eiusmodi hominem operatum esse, & initiatum sacris Deæ Chiorum, & Priapi.* Idem in epist. ad hunc modum ait: Ἑρμῇ μὲν καὶ Ἡρακλεῖ, τοῖς παλαίστρας ἐφόροις οὐδὲ κατὰ μικρὸν πρέπει Κοτυτίοι δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις Ἀθηναίοις Κονισάλοις νεωκορεῖ. Quibus verbis significatur eum de quo agit non Mercurio congruere, nō Herculi Palæstræ præsidibus; sed esse Cotyttus æditimum, Conisalorumque apud Athenienses despicatissimorum. Nam Conisalus, sicut etiam Ὀρθάνης, & Τύχων, vt author est Strabo lib. 13. numina sunt apud Atticos Priapo similia; quibus alij Δόρδωνα adjiciunt. Ex his manifesta est turpitudo sacrorum; in quibus tam impura numina colebantur.

KPO'NIA.

FEstum Saturni, qui Κρόνος à Græcis appellatur. Suidas: Κρόνια, ἑορτὴ ἀγομένη Κρόνῳ, καὶ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν. *Festum quod Saturno agitur, &*

& matri Deûm. Celebrabatur mẽse Hecatombeone. Hesychius: Κρόνια ἑορτὴ ἑκατομβαιῶνος μηνὸς Κρόνῳ. *Festum mensis Hecatombeonis* Saturno agi solitum. Et mensis iste Κρόνιος ante vocabatur, vt author est Plutarchus in Theseo: posteà dictus à maioribus sacrificiis Hecatombeon. Cronia verò non sunt dissimilia Saturnalibus Romanorum. Apud Macrobium libro 1. Saturn capite 4. Verrius Flaccus: *Saturnaliorum,* inquit, *dies apud Græcos quoque festi habentur.* Scholiastes Aristophanis *in nebulis:* Ἔτι δὲ κρόνια, παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἑορτὴ, τὰ παρὰ Ῥωμαίοις καλούμενα Σατουρνάλια. *Cronia apud Græcos festum, quod apud Romanos vocãtur Saturnalia.* Rhodij etiam Saturnalia coluerunt, sed prorsus inhumana, nec ex more gentium aliarum. nam homo victimę destinabatur. Porphyrius apud Theodoretum *libro 7 Græcanicarum affectionum:* Ἔθυεν γὰρ ἐν Ῥόδῳ μηνὶ Μεταγειτνιῶνος ἕκτῃ ἱσταμένου, ἄνθρωπος τῷ Κρόνῳ· ὃ δὴ πάτριον κρατῆσαν, εἰς ἔτος μετεβλήθη· ἕνα γὰρ τῶν ἐπὶ θανάτῳ δημοσίᾳ καταψηφισθέντων μέχρι τῶν Κρονίων σωζεῖσθαι. *Mactabatur enim 16. Calend. Nouemb. homo apud Rhodios in honorem Saturni. Quod cum per diu seruatum fuisset, in cõsuetudinem abijt. Quendam enim ex his qui publicâ sentẽtiâ damnati essent ad capitale supplicium, ad vsque Saturnalia viuum asseruabant.*

KY-

ΚΥΒΕΡΝΗΣΙΑ.

DE nauigatione Theſei in Cretam variæ fuerunt authorum ſententiæ, quas refert Plutarchus. Et Philochorum ait memoriæ prodidiſſe, Nauſitheum à Theſeo fuiſſe nauis gubernaculo præfectum, commiſſam verò prorā Phæaci; & hac de causâ feſtum iis conſecratum, quod à gubernando Κυβερνήσια nuncupantur. Ἑορτὴν ἄγουσι, τὰ Κυβερνήσια φησὶν ἐκείνοις πλεῖσθαι. Et in eorum honorem feſtum Gubernatoriorum tradit agi.

ΛΑΜΠΑΔΟΦΟΡΙΑΙ.

TRia fuerũt genera certaminum, in quibus erat moris λαμπαδοφορεῖν, id eſt *lampadas ſiue faces geſtare*; videlicet Promethea, Volcanalia, Panathenæa. Scholiaſtes Ariſtophanis ad hos verſus *in Ranis*:

Λαμπάδα δ' οὐδεὶς οἷός τε φέρειν
τὴν ἀγωνίας ἕλκι νυνί.
Lampadem nemo potis ferre
Nunc defectu exercitij.

ὁ δὲ λαμπάδος δὲ ἀγὼν τρίτος Ἀθήνησιν ἦγετο. καὶ

τὸ

τὰ Προμήθια, Ἡφαίστια, Παναθήναια. *Lampadis certamen Athenis triplex agebatur, per Prometheia, Volcanalia, Panathenæa.* Harpocration: Τρεῖς ἄγουσιν Ἀθηναῖοι ἑορτὰς λαμπάδος, Παναθηναίοις, καὶ Ἡφαιστίοις, καὶ Προμηθείοις. *Tria agunt Athenienses festa, Lampadis, Panathenæis, Volcanalibus, Prometheiis.* Et quidem ab Athenienſibus, in honorem Promethei λαμπαδηδρομίαι primùm inſtitutæ fuerunt. Iſter apud Suidam: Ἴστρος δέ φησι λαμπάδα νομίσαι πρῶτον Ἀθηναίους Ἡφαίστῳ θύοντας, ὑπόμνημα καταμηήσαντος τῆς χρείας ἐν πυρὸς διδάξαι τοὺς ἄλλους. *Iſter autem ait, Lampada inſtituiſſe primùm Athenienſes Volcano ſacrificantes, in memoriam, quod uſum ignis alios docere excogitarit.* Hinc Æſchylus:

Τὸ σὸν γὰρ ἄνθος, παντέχνου πυρὸς σέλας,
Θνητοῖσι κλέψας ὤπασεν.
Tuum enim florem, artificis ignis ſplendorem,
Mortalibus furatus tribuit.

Committebantur certamina in Ceramico extra vrbem (erat enim alter eius nominis in vrbe locus) quem eundem eſſe, cum Academiâ, primus obſeruauit Meurſius, cui etiam iſta lubens imputo; quamuis haud pauca me ſciam annotaſſe priuſquam eius liber *de Populis Atticæ* in lucem prodiiſſet. Itaque in Ceramico, ſiue Academiâ, omnes Lampadarij certaminis præſides Dij colebantur. Apollodorus apud Scho-

liaſten

liaſten Sophoclis *in Oedipo Colon.* Σωτηρίαν δὲ (ὁ Προμηθεὺς) καὶ ἐν Ἀκαδημίᾳ τῇ Ἀθηνᾷ, καθάπερ ὁ Ἡφαιστος· καί ἐστιν αὐτῷ παλαιὸν ἵδρυμα, καὶ ναὸς ἐν τῷ τιμένει τῷ θεῷ· δείκνυται δὲ καὶ βάσις ἀρχαία κατὰ τὴν εἴσοδον, ἐν ᾗ ἔστι Προμηθέως ἔστι τύπος, καὶ ὁ Ἡφαίστου. πεποίηται δὲ, ὡς καὶ Δυσιμαχίδης φησὶν, ὁ μὲν Προμηθεὺς πρῶτος, καὶ πρεσβύτερος, ἐν δεξίᾳ σκῆπτρον ἔχων· ὁ δὲ Ἡφαιστος νεώτερος, καὶ δεύτερος· καὶ βωμὸς ἀμφοῖν κοινός ἐστιν ἐν τῇ βάσει ἀποτετυπωμένος. *Colitur cum Minervâ Prometheus in Academiâ, quemadmodum Volcanus: & est illi delubrum & templum in loco Deæ sacro. Ostenditur etiam basis ad introitum, in quâ figura est Promethei, & Volcani: & Prometheus quidem factus est primùm, & senior, dextrâ sceptrum gestans; Volcanus autem post, & iunior; & ara ambobus communis in basi efficta.* Igitur eodem in loco tribus numinibus λαμπαδηφορίαι peragebantur. Ariſtophanis Scholiaſtes *ad Ranas:* Λαμπαδηδρομίαι γίνονται τρεῖς ἐν τῷ Κεραμεικῷ, Ἀθηνᾶς, Ἡφαίστου, Προμηθέως *Lampadum certamina tria fiunt in Ceramico, Minervæ, Volcani, Prometheï.* Ibidem turris erat, ex quâ certaturis accenſæ faces dato ſigno demittebantur. Ariſtophanes:

Ἀφιεμένων τὴν λαμπάδ' ἐντεῦθεν θεῶν.
Κἄπειτ' ἐπιδὰν φῶσιν οἱ θεώμενοι
Εἶναι, τοθ' εἶναι καὶ σωτήριον.
Demiſſam lampadem illic Deæ.

Deinde

Deinde vbi iusserint spectatores
Mittere, tunc dimitte & tu teipsum.

Vbi notat Scholiastes: Πρὸς δὲ τῷ τόπῳ τούτῳ πύργον τινὰ ἱστᾶσι ἀρχήν φασιν. *In loco illo turrim quandam esse aiunt.*

Certandi modus optimè cognoscitur ex Herodoti libro 8. vbi cursus, quem ἀγγαρήϊον vocant, ad deferenda nuncia, in regno Persarum institutus, λαμπαδηδρομίαις Græcorum æquiparatur. ὁ μὲν δὴ πρῶτος δρομεὼν παραδιδοῖ τὰ ἐπιταλλόμενα τῷ δευτέρῳ· ὁ δὲ δεύτερος τῷ τρίτῳ. τὸ δὲ ἐντεῦθεν ἤδη κατ' ἄλλον διέρχεται παραδιδόμενα, καθάπερ Ἕλλησι ἡ λαμπαδηφορία, τὴν τῷ Ἡφαίστῳ ἐπιτελέουσι. *Quorum cursorum primus mandata tradit secundo; secundus item tertio: & ita deinceps illa mandata in alium, atque alium pertranseunt, quemadmodum apud Græcos fax, quam Volcano gestare consueuerũt.* Ab hoc ritu ducta metaphora prouerbio locum fecit; *cursu lampada tradere*, quod vsurpamus, quũ partes veluti successione quadam alteri traditas significamus. Lucretius:

Et quasi cursores vitai lampada tradunt.

Varro libro 3. de re rustica, cap. 15. *Sed, ô Merula, Axius noster, ne dum hoc audit, Physicam addiscat. de fructu nihil dixi: nunc cursu lampada tibi trado.* Persius:

Qui prior es, cur me in decursu lampada poscis?

Porrò victor erat, qui lampade non exstinctâ

metam

metamattigiſſet. Pauſanias in Atticis: Ἐν Ἀκαδημίᾳ δέ ἐστι Προμηθέως βωμὸς, καὶ θέουσιν ἀπ' αὐτοῦ πρὸς τὴν πόλιν ἔχοντες καιομένας λαμπάδας· τὸ δὲ ἀγώνισμά, ὁμοῦ τῷ δρόμῳ φυλάξαι τὴν δᾶδα ἔτι καιομένην, ἐστιν· ὁπόσοι δὲ οὐδὲν ἐσχηκότες τῆς νίκης τῷ πρώτῳ δευτέρῳ δι' ἀντ' αὐτοῦ μέτεισιν εἰδὲ μηδὲ τούτῳ καίοιτο, ὁ τρίτος ἐστὶν ὁ πρατῶν. εἰ δὲ ἐ πᾶσιν ὁπόσοι θεῖεν, οὐδεὶς ἐστιν ὅτῳ καταλείπεται ἡ νίκη. *In Academiâ Promethei ara est; à qua homines in vrbem accensas lampadas ferentes decurrunt. In eo enim certamen est, vt in cursu accensæ conseruentur. Cuius enim fax exstincta fuerit, is victoriam successori cedit; eademq; ratione ille tertio. quod si nulli ardentem perferre contigerit, in medio palma relinquitur.* Quia verò ne tacem exstinguerent nimiâ cursus agitatione, segniùs aliquando currebant; ea propter sese mutuò risus excitandi causâ planis manibus verberabant. Atque inde verbera, Κεραμεικὴ πληγή vocabantur. Hesychius: Κεραμεικὴ, πλατεῖα πληγή· ἀγὼν γὰρ Ἀθήνησιν ἐν πόλει (forte ἐπλεῖτο) ἐν τῷ Κεραμεικῷ, ἐν ᾧ τύπτουσι πλατείαις χερσὶ τοὺς μὴ τρέχοντας, καὶ τοὺς ἄλλους ἀγωνιστὰς γέλωτος χάριν. *Ceramica, plana verbera: certamen enim simplex in Ceramico agitur, in quo verberant planis manibus non currentes, & alios certantes, risus gratiâ.* Aristophanes ritum tangit *in Ranis:*

Κ' ἄθ' οἱ Κεραμῆς

Ἐν

Ἐν πᾶσι πύλαις παίεσ' αὐτὸ
γαστέρα, πλευρὰς, λαγόνας, πυγάς.
Ὁ δὲ τυπτόμενος πᾶσι πλατάγαις,
ὑποπερδόμενος
φυσῶν τὴν λαμπάδ' ἔφευγε.

Et deinde Ceramici
In portis verberant eius
Ventrem, latera, ilia, nates.
Ipse verò percussus latis manibus
Pedens
Sufflans lampada fugiebat.

Vbi Scholiastes ex Euphronio ait in hunc modum: Ὅτι ἀπὸ τοῦ ἐν Κεραμεικῷ ἀγῶνος τὸ λαμπάδος, ἧς οἱ ὑστάτως τρέχοντες ἀπὸ τῶν ἀγοραίων τύπτεσθαι πλατάγαις ὑπὸ τῶν νεανίσκων χερσί· καὶ λέγονται αἱ τοιαῦται κεραμεικαὶ πληγαί. *In Certamine lampadis, quod in Ceramico agebatur, postremi intercursores ab vrbanis iuuenibus depalmabantur. & eiusmodi verbera Ceramica dicuntur.*

ΛΥΣΑΝΔΡΙΑ.

HEsychius: Λυσάνδρια, πανήγυρις ἀπὸ Λυσάνδρου ὀνομασθεῖσα· ἤγοντο δὲ ἐν αὐτῇ ἀγῶνες καὶ θυσίαι. *Lysandria, celebritas à Lysandro vocata: agebantur autem in eâ certamina, & sacrificia.* At Lysander, vt tradit Harpocration, & Suidas, fuit Ναύαρχος Λακεδαιμονίων.

ΜΕΓΑΛΑΡΤΙΑ.

Thesmophoriis panes inusitatæ magnitudinis parabantur, quos Ἀχαίνας dicebant; & ab iis festum, ἀπὸ τῶν μεγάλων ἄρτων, *à magnis panibus*, Μεγαλάρτια. Athenæus libro 3. Ἀχαίνας· τότε δὲ ἄρτε μνημονεύει Σῆμος ἐν ὀγδόῳ Δηλιάδος, λέγων θεσμοφόροις γίνεσθαι· εἰσὶ δὲ ἄρτοι μεγάλοι· καὶ ἑορτὴ καλεῖται Μεγαλάρτια, ὑπὸ λεγόντων τῶν φερόντων·

Ἀχαΐνην στέατος ἔμπλεον ἄρτον.

Achainas. meminit istius panis Semus in octauo libro Deliados, inquiens Thesmophoris fieri. Sunt autem panes magni; & festum vocatur Megalartia, canentibus qui eos gestant:

Achainen adipe plenum panem.

ΜΩΛΕΙΑ.

MOlia nomen obtinuerunt ἀπὸ τῆς μώλης, quæ vox *pugnam* significat. Ea celebrarunt Arcades in honorem Lycurgi, quod in pugnâ Ereuthalionem per insidias oppresserit. Scholiastes Apollonij 1. Argonaut. ad versum 164. Καὶ ἄγεται μωλεία ἑορτὴ παρ' Ἀρκάσιν, ἐπειδὴ Λυκοῦργος λοχήσας κατὰ τὴν μάχην ἔλεν Ἐρεθα-

θα-

Ἡλίωνα· μῶλος δὲ ἡ μάχη. Agitur autem Molia festum apud Arcades; quoniam Lycurgus per insidias in pugnâ Ereuthalionem sustulit. μῶλος autem est pugna.

NEMESIA.

NEmesis vnicuique suum tribuit, ἀπὸ τῆς Διανεμήσεως, id est, *à distributione* dicta, secundum Aristotelem libro de mundo, capite 8. Quocirca Plato libro 4. de Repub. Δίκης ἄγγελον, *Iustitiæ nunciã* appellat. Ad huius honorem Νεμέσια, siue Νεμέσεα celebrarunt, in quibus iusta mortuis persoluere solebant. Harpocration: Νεμέσεα. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Σπουδίου· ἑορτή τις ἦν Νεμέσεως, καθ' ἣν τοῖς κατοιχομένοις ἐπετέλουν τὰ νομιζόμενα. *Nemesia: Demosthenes in oratione contra Spodiam. Festum quoddam erat Nemesis, in quo defunctis iusta peragebant.* Eadem Suidas, sed hoc amplius: Νεμέσια ἦν, ἡ ἐπὶ τοῖς νεκροῖς γινομένη πανήγυρις· ἐπεὶ ἡ Νέμεσις ἐπὶ τῶν νεκρῶν τέτακται. *Nemesia igitur super mortuis acta solennitas: quoniam Nemesis mortuis est præposita.* Ac si demum vitâ functis æqua meritis præmia rependi putarẽt. Porrò locus, quem Harpocration laudat ex Demosthene, extat in oratione κατὰ Σπουδίου, πρὸ

πρωικὸς· Τὸ δὲ τελεσταῖον, inquit, εἰσενεγκέσης τ' ἐμῆς γυναικὸς εἰς τὰ Νέμεσια τῷ πατρὶ μνᾶν ἀργυρίου, καὶ προσαναλωσάσης, οὐδὲ ταύτης ἀξιοῖ συμβάλλεσθαι τὸ μέρος. *Postremo cùm vxor Patri minam argenti ad Nemesia contulerit, & plura etiam insumpserit, ne huius impensæ partem sustinere vult.*

ΝΕΚΥΣΙΑ.

ΝΕΚΥΣΙΑ, sic dicta à voce νέκυς, quæ *mortuum* significat. Athenienses, & alij Græcorum populi in honorem defunctorum obseruarunt. Suidas: Νεκύσια, ἡ τῶν νεκρῶν ἑορτή, *Necysia, mortuorum festum.* Eius præcipuæ cæremoniæ, quòd Telluri sacrificarent, Hesychius est author; qui tamen, nescio quam ob causam, cum Γενεσίοις, id est, *Natali die*, confundit. Γενέσια, inquit, ἑορτὴ πένθιμος Ἀθηναίοις· οἱ δὲ Νεκύσια. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ γῇ θύσει, *Genesia, festum lugubre Athenienses: alij autem Necysia vocant. & eo die Telluri sacrificant.* Et hac ratione parentabant defunctorum manibus, quos tum ab inferis sursum remeare credebant Huc enim refero illa Hesychij: Μιαραὶ ἡμέραι τοῦ Ἀνθεστηριῶνος μηνός, ἐν αἷς τὰς ψυχὰς τῶν κατιχομένων ἀνιέναι ἐδόκουν. *Impuri dies Anthesterionis mensis, in quibus animas defunctorum adscendere putabant.* Ex quibus etiam discimus hoc festum in mensem Anthe-

Anthesterionem incidisse. Sic Apolloniatas eodem mēse, iusta mortuis facere solitos, Athenæus libro 8. memoriæ prodidit. Hunc verò morem à Græcis Romani mutuati sunt, & similem omnino solennitatem mense Februario celebrarunt. Cicero 2. de Legibus: *Februario autem mense, qui tunc extremus anni mensis erat, mortuis parentari voluerunt.* Et ferias hasce *Feralia* vocarunt. Festus: *Feralia Diis Manibus sacrata festa, à ferendis epulis, vel à feriendis pecudibus.* Varro libro 5. de Linguâ Latinâ: *Feralia ab inferiis, & ferendo, quod ferunt tunc epulas ad sepulchrum, quibus ius ibi parentare.*

NEOOINIA.

Sic enim lego apud Hesychium; cùm vulgata editio habeat Νεκλώια. & est ἑορτὴ Διονύσου, *festum Bacchi.* conjicio simile fuisse Vinalibus Romanorum.

ΞΑΝΘΙΚΑ'.

Festum est apud Macedonas, quod mense, quem Xāthicum vocant, agebatur. Hesychius: Ξανθικὰ, ἑορτὴ Μακεδόνων, Ξανθικοῦ μηνὸς, ἢ Ξανθικοῦ ἀγομένη. *Xanthica, festum Macedonūm mensis Xanthici, aut Xanthico actum.* Quis autem mensis sit

Xanthicus exponit Suidas: Ξανθικὸς, ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσιν· ὁ Ἀπείλλιος. *Xanthicus nomen mensis apud Macedonas: Aprilis.*

ΞΥΝΟΙΚΙΑ.

THeseus regno potitus Atticæ concilia sustulit, omnesque populos vnius ciuitatis iure continuit. Plutarchus: Καταλύσας δὲ τὰ πρυτανεῖα, καὶ βουλυτήρια, καὶ ἀρχὰς, ἓν δὲ πρυτανεῖον ἅπασι κοινὸν ἐνταῦθα πρυτανεῖον, καὶ βουλευτήριον, ὅπου νῦν ἴδονται, τὸ ἄστυ, τὴν τε πόλιν Ἀθήνας προσηγόρευσε. *Igitur dissoluit vicatim Prytanea, curias, & magistratus, vnoq; statuto omnibus communi Prytaneo & curiâ, vbi hoc tẽpore conspiciuntur, Astu, & vrbem Athenas appellauit.* Consimilia Thucydides libro 2. Huius rei memoriam anniuersario festo coluerunt, in honorem Mineruæ, illudque Συνοίκια, id est, *Congregationis solennitatem* appellarunt. Thucydides: Καὶ Συνοίκια ἐξ ἐκείνου Ἀθηναῖοι ἔθυσι καὶ νῦν τῇ θεῷ ἑορτὴν δημοτελῆ ποιοῦσι. *Eius congregationis Athenienses etiam nunc diem solennem in Deæ honorem publicè agunt.* Per τὴν θεὸν dubium non est, quin Minerua intelligatur, prout intelligit Scholiastes. Plutarchus Μετοίκια nuncupat; quasi dicas, *Festum demigrationis*; aitque celebrari sextodecimo die mensis Hecatombæonis: Ἔθυσε δὲ καὶ Μετοίκια,

φαια, τῇ ἕκτῃ ἀπὶ δέκα τοῦ ἑκατομβαιῶνος, ὃν ἔτι καὶ νῦν ἄγουσι. *Celebrauit autem Metœcia, id est, Festum demigrationis, sextodecimo die mensis Hecatombæonis, quem etiam nunc festum agunt.*

Ο' Σ Χ Ο Φ Ο' Ρ Ι Α.

ATheniensis ob cædem Androgeo, Cretensibus ad nouem annos pœnæ causâ septem Adolescentes, totidemque puellas, oraculi iussu pendere cogebantur. Cumque tertia pensio iam exigeretur, Theseus cũ reliquis profectus, illa tributi vexatione patriam liberauit; & in rei memoriam ὀ'σχοφόρια cum suis redux instituit; Χαριστήρια ἀποδιδοὺς, vt ait Proclus, Ἀθηνᾷ τῷ Διονύσῳ, οἱ αὐτῷ καὶ τῷ νήσῳ τῷ Δίῳ ἀπιφάνησαν, *Beneficium gratitudinis ergo referens Minervæ, & Baccho, qui ipsi in insulâ Diâ apparuerant.* Alij in honorem Liberi patris, & Ariadnæ instituta tradiderunt; vel quod reditus in id tempus incidisset, quo fructus Autumni colliguntur. Plutarchus vtrumque tangit: φέρουσι δὲ Διονύσῳ, καὶ Ἀριάδνῃ χαριζόμενοι, διὰ τὸν μῦθον. ἢ μᾶλλον ὅτι συγκομιζομένης ὀπώρας ἐπανῆλθον. *Ferunt in Liberi Patris, & Ariadnæ honorem, propter fabulam; aut potiùs quod eâ tempestate rediissent, quâ poma colliguntur.* Et postremum hoc mihi cum Plutar-

cho magis placet; cui & ipsa nominis ratio adstipulatur, ἀπὸ τ φορᾶς, id est *à gestatione* deductum, & Osche. At ὄχη, apud Harpocrationem, est κλῆμα βότρυς ἐξηρτημένης ἔχον, *Palmes vuas appensas habens*. Hesychius: ὄχαι, κλήματα βοτρύων γέμοντα. *Palmites racemis oppleti.* Porrò solennitatem auspicabantur Adolescentes duo, ex ordine nobilium, & diuitum electi. Harpocration ex Philochoro: ἕνεκα τ κοινῆς σωτηρίας νομίσαι δεῖν καλεμένης ὀχοφόρους καταλέγειν δύο τῶν γνωρίμων, καὶ πλείστῳ πεπεχόντων, *Publicæ salutis ergo statutum fuisse, vt ex iis, qui genere vel diuitiis antecellerent, duo Oschophori deligerentur.* Suidas: ὀχοφόροι δύο ἦσαν τ γένει καὶ πλούτῳ πρεχόντων. *Oschophori duo erant ex iis qui genere, vel diuitiis præstarent.* Atque hi adolescentes habitu muliebri ornabantur. Proclus in Chrestomathiâ: Τῷ χορῷ δὲ δύο Νεανίαι κεκ γυναικας ἐσταλισμένοι, κλῆμά τε ἀμπέλε κομίζοντες μεστὸν ἀβοτρύων (σκάλην δὲ αὐτὸ ὄχλον, ἀφ' ἧς καὶ τοῖς μέλεσιν ἡ ἐπωνυμία) τ ἑορτῆς καθηγεῖτο. *Chori autem Adolescentes duo muliebri veste induti, palmitem gestantes plenum maturis vuis (quem ipsi ὄχλον vocarunt, vnde & carminibus nomen inditum) festum auspicabantur.* Idque fuit ad imitationem Thesei obseruatum, qui non omnes sorte lectas virgines in Cretam abduxit: sed earum numero duos Adolescentes inseruit, moribus & gestu

ſtu totius corporis ita formatos, vt à reliquis nihil differre viderentur. Ἐπὶ δὲ ἐσωσήλθεν, inquit Plutarchus, αὐτόν τε πομπεῦσαι, καὶ τοὺς Νεανίσκους, οὕτως ἀμπεχομένους, ὡς νῦν ἀμπέχονται τοὺς ὀσχοφόρους, *Poſtquam redux fuit; & illum & Adoleſcentes illos pompam duxiſſe eo quo nunc amiciuntur cultu, qui palmites cum racemis ferunt.* Hos Adoleſcentes inſequebatur chorus decantantiũ carmina, quæ, vt memoriæ proditũ reliquit Proclus, ex eo ὀσχοφορικὰ dicebantur. Præterea certamen curſus inter Adoleſcentes cõmittebatur; quos omnes & patrimos, & matrimos, & genere nobiles eſſe oportebat; curſu autem à Bacchi templo ad Mineruæ Scirados contendebant. Scholiaſtes Nicandri in Alexipharmacis: Ὀσχοφόροι δὲ λέγονται Ἀθλούντων παῖδες ἀμφιθαλεῖς ἀμιλλώμενοι κατὰ φυλὰς, οἱ λαμβάνοντες κλήματα ἀμπέλου, ὃ τῷ ἱερῷ τοῦ Διονύσου ἔτρεχον εἰς τὸ Σκιράδιον Ἀθηνᾶς ἱερόν· εἰσὶ δὲ κλήματα ἔχοντα βότρυς. *Oſchophori dicuntur pueri matrimi, & patrimi certantes per tribus, qui palmites vitis geſtantes curebant à fano Liberi ad Mineruæ Scirados templum.* Heſychius: Ὀσχοφόρια, παῖδες εὐγενεῖς ἡβῶντες καταλέγονται, οἱ φέροντες τὰς ὄσχας εἰς τὸ τῆς Σκιράδος Ἀθηνᾶς ἱερόν· εἰσὶ δὲ κλήματα ἔχοντα βότρυς. *Oſchophoria, pueri nobiles leguntur, pubeſcentes; qui ferunt Oſchas in Scirados Mineruæ templum: ſunt autem palmites habentes racemos.*

Tem-

Templum Mineruæ Scirados intelligi debet, quod in Phalero, Atticæ portu nobili, vates nomine Sciros ædificauit: de quo Pausanias in Atticis agẽs de Phalero. Ἐνταῦθα δὲ Σκιράδος Ἀθηνᾶς ναός ἐστιν. Et iterum: Ἐλευσινίοις πολεμοῦσι τοῖς Ἐρεχθέως αὐτῆς μαντις ἦλθεν ἐκ Δωδώνης, ὄνομα Σκίρος, ὃς καὶ τὸ Σκιράδος ἱδρύσατο Ἀθηνᾶς ἔτι Φαληρῷ τὸ ἀρχαῖον ἱερόν. *Inde Scirados Mineruæ templum est. Eleusiniis cum Erechtheo bellum gerentibus, vates ex Dodona aduenit nomine Scirus; is Scirados Mineruæ templum in Phalero vetustum fundauit.* Vnde Ὠσχοφόριον, locus ibidem à palmitum illa gestatione dictus. Hesychius: Ὠσχοφόριον τόπος Ἀθήνησι Φαληρεῖ, ἔνθα τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερόν. *Oschophorion, locus Athenis in Phalero, vbi Mineruæ templum.* Nam alterum erat Mineruæ templum in Sciro pago inter Athenas, & Eleusinem, de quo dicimus in Scirophoriis. Quod autem eò cursum instituunt, id etiam ad Thesei imitationem facit. Nam è Creta reueniens ad Phalerum appulit, & priusquam vrbem ingrederetur, ibi rem diuinam peregit. Plutarchus: Καταπλέοντος δὲ ὁ Θησεὺς, ἔθυε μὲν αὐτὸς ἃς ἐκπλέων ὑσίας ἠύξατο τοῖς θεοῖς Φαληρεῖ· κήρυκα δ' ἀπέστειλε τῆς σωτηρίας ἄγγελον εἰς ἄστυ. *Inuectus portum Phalerum Theseus sacra fecit, quæ tum solueret diis vouerat, nunciumq; incolumitatis misit in vrbẽ caduceatorem.* Eadem viâ pom-

pa

pa quoque ducebatur. Proclus: Ἦν δὲ τοῖς Ἀθηναίοις ἡ θεωρὶς ἐκ τοῦ Διονυσιακοῦ ἱεροῦ εἰς τὸ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Σκιράδος τέμενος. *Ducebatur autem ab Atheniensibus hæc pompa ex Liberi fano in Palladis Scirados templum.* Porrò certaturi Iuuenes ex singulis tribubus eligebantur; quique ex iis victor euasisset, è phialâ gustabat, quæ à quintuplici genere ciborum πενταπλόη, id est, *quintuplex* appellabatur. Proclus: Ἐξ ἑκάστης δὲ φυλῆς ἔφηβοι διημιλλῶντο θεοὺς ἀλλήλους δρόμῳ, καὶ τούτων ὁ θέτερος ἐγεύετο ἐκ τῆς πενταπλῆς λεγομένης φιάλης· ἡ σωκεκιρνᾶτο ἐλαίῳ, καὶ οἴνῳ, καὶ μέλιτι, καὶ τυρῷ, καὶ ἀλφίτοις. *Ex singulis verò tribubus puberes inter se cursu certabant; quique alios anteuertisset, ex quintuplici, quæ dicebatur phialâ, & cinno, qui ex oleo, vino, melle, caseo, & farinâ temperabatur, gustabat.* Athenæus libro 11. ex Aristodemo: Τρέχουσι δὲ ἐκ τοῦ ἱεροῦ τοῦ Διονύσου, μεχρὶ τοῦ τῆς Σκιράδος Ἀθηνᾶς ἱεροῦ, καὶ ὁ νικήσας λαμβάνει κύλικα τὴν λεγομένην πενταπλόαν, καὶ κωμάζει μετὰ χοροῦ. Πενταπλόα δὲ ἡ κύλιξ καλεῖται, καθοῦσιν οἶνον ἔχει, καὶ μέλι, καὶ τυρὸν, καὶ ἄλφιτον, καὶ ἐλαίου βραχύ. *Currunt autem à Bacchi templo ad Scirados Mineruæ delubrum. Qui vicerit, calicem quem Pẽtaploam vocant, præmium aufert, & cum iuuenum cœtu comessatur. Pentaploam calicem eum dicunt, cò quod vinum capiat, & mel, & caseum, & farinã, & olei momentum.* Atque vt festi solennitas magis rei gestæ

imi-

imaginem referret, ipsos iuuenes obibant fæminæ cibum gestantes, & compositas ad animi recreationem fabellas narrabant; in quo matres imitabantur, quæ filios ad tributum sorte destinatos, viatico blandisque allocutionibus prosecutæ fuerunt. Plutarchus: Αἱ Δειπνοφόροι τῷ ζηλαμβάνονται καὶ κοινωνοῦσι τῆς θυσίας, ἀπομιμούμεναι τὰς μητέρας ἐκείνων τῶν λαχόντων (ἐπεφοίτων γὰρ αὐτοῖς ὄψα καὶ σιτία κομίζουσαι) καὶ μύθους λέγουσι, διὰ τὸ κἀκείνας, ὑπὲρ θρέψεως ἕνεκεν, καὶ παραμυθίας, μύθοις διεξιέναι τοῖς παισίν. *Deipnophoræ, id est, cænæ gestatrices assumuntur, sacrificioq; adhibentur, matres sorte ductorum imitantes (obibant enim ipsos opsonia, ciboſq; portantes) & fabulæ recitantur, eò quod illæ leniendi liberos & erigendi causâ fabulas recensuerint.* Itaque Δειπνοφόροι mulieres erant; & corrigendus in hunc modum Hesychius: Παρὰ Ἀθηναίοις καθίστανται ἐν τῇ τῶν Ὀσχοφορίων ἑορτῇ αἱ Δειπνοφόροι. *Ab Athenienſibus conſtituuntur in feſto Oſchophoriorum cænæ geſtatrices.* Peculiaris fuit horum sacrorum ritus, vt non Præco, sed caduceus coronaretur, atque inter libandum acclamaretur, Ἐλελεῦ, ἰὴ, ἰή. quorum solent illud festinantes, & ouantes exclamare, hoc consternationis, & trepidationis est. Cæremoniæ ratio est, referẽte Plutarcho, quòd Theseus re bene gestâ patriam repetẽs, velũ, quod, vti cõuenerat, indicio futurum erat omnes redire

dire saluos, oblitus ostentare, causam mortis Ægeo Patri dederit: qui non conspecto incolumitatis signo, ratus periisse cunctos, in mare se præcipitauit. Itaque missus à Theseo Caduceator vt aduentum annunciaret, varios in vrbe motus animorum offendit; aliis Thesei reditum sibi gratulantibus, aliis mortem Ægei deplorantibus. Quamobrem lætitiam mœroremque inter constitutus, coronas accepit, & caduceo imposuit, ne aut mœrore confectus, aut lætitiâ nimiùm elatus videretur. Nec Theseo casum parentis, nisi peracto sacrificio, renũciauit. Hinc caduceus tantùm coronabatur, & gaudij luctusque voces in festi celebratione retinebantur. Cæterùm cura sacrorum pænes Phytalidas erat. Plutarchus: Καὶ τὰ θυσίας ἐπεμελοῦντο Φυτάλίδαι, Θησέως ἀποδόντος αὐτοῖς ἀμοιβὴν τῆς φιλοξενίας. *Sacrificio Phytalidæ præerãt, quod ipsis Theseus concesſit in remunerationẽ hospitalitatis.*

ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΑ.

Erichthonius Volcani filius Mineruæ festum instituit, & Ἀθηναία, quasi dicas, *Minerualia*, vocauit. Harpocration: Ἤγαγε δὲ τὴν ἑορτὴν ὁ Ἐριχθόνιος ὁ Ἡφαίστου καθά φησιν Ἑλλάνικος π, καὶ Ἀνδροτίων, ἐκ πέπλου Ἀθηνᾶς: περὶ τούτου δὲ Ἀθηναίων

Ἀθήναια ἐκαλεῖτο. *Egit autem festum Erichthonius Volcani filius, vt ait Hellanicus, & Androtion, vterque in primo Atthidis. Ante Theseum verò Athenaea vocabantur.* Nam Theseus omnibus Atticæ populis in vnam ciuitatem redactis instaurauit, &, vt inquit Plutarchus, Παναθήναια, θύσιαν ἐποίησε κοινήν: *Panathenaea, celebrauit commune sacrum.* Pausanias in Arcadicis; Τῷ γὰρ τῷ ἀγῶνι Ἀθήναια ὄνομα ἦν· Παναθήναια δὲ κληθῆναι φασιν ἀπὸ Θησέως, ὅτι ἐπὶ τοῦ Ἀθηναίων ἐπήχθη συνελεγμένων εἰς μίαν ἁπάντων πόλιν. *Isti Agoni Athenaea nomen erat: Panathenaea verò dicta ferunt à Theseo, quoniam ab Athenienſibus inſtituta fuerant, poſtquam in vnam vniuerſi vrbem eſſent collecti.* Suidas: Παναθήναια, Ἀθήνησιν ἑορτὴ ἐπὶ τῷ ἀπὸ Θησέως γενομένῃ συνοικισμῷ· πρῶτον μὲν ἀπὸ Ἐριχθονίου καὶ Ἡφαίστου, καὶ Ἀθηνᾶς, ὕστερον δὲ ἀπὸ Θησέως συναγάγοντος τοὺς δήμους εἰς ἄστυ. *Panathenaea feſtum à Theſeo inſtitutum factâ populorũ in vnam ciuitatem conuentione. Primò quidem ab Erichthonio Volcani, & Mineruæ filio; poſt à Theſeo, vbi populos in vrbem coëgiſſet.* Sed Theodoretus *lib. 1. Græcanicarum affectionum, ſiue ſermone de Fide,* eorum authorem Orphea facit.

Cæterùm duplicia fuerunt Magna, & quinquennalia: Parua, & annua. Harpocration: Διττὰ Παναθήναια ἦγετο Ἀθήνησι. τὰ μὲν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν, τὰ δὲ μετὰ πενταετηρίδος, ἅπερ καὶ μεγάλα ἐκά-

ἐκάλει. *Duplicia Panathenæa agebantur Athenis; alia quoi annis: alia quoque quinquennio.* Eadem totidem verbis Suidas. Verum author argumenti, quod orationi Demosthenis cõtra Meidiam præfigitur, Magna quinquennalia, sed parua triennalia fuisse tradit. Διάφοροι αἱ ἑορταὶ Ἀθηναίοις ἦγοντο ἑορτάς· ἐν αἷς ἦν τὰ Παναθήναια· ἅπερ ἦν ἀνάλα, μικρά τε, καὶ μεγάλα· καὶ τὰ μὲν μεγάλα, κατ' πενταετηρίδα ἐπλεῖτο· τὰ δὲ μικρά, κατ' τριετηρίδα. *Varia apud Athenienses festa agebantur, in quibus erant Panathenæa, tum parua, tum magna; quorum hæc quinto, illa tertio quoque anno celebrabantur.* Falsus igitur Scholiastes Aristophanis in pace, ad hunc versum:

Καί σοι τὰ μέγαλ' ἡμεῖς Παναθήναι' ἄξομεν.

Et tibi magna nos Panathenæa agemus.

οὐχ, inquit, ὡς καὶ μικρῶν ὄντων ἕνεκά φησιν ἀλλ' ἄυξων τὸν χάριν. *Non quasi alia parua sint Panathenæa, hoc ait, sed ad augendum leporem.* Nam, vt iam demonstratum, alia parua fuerunt. Dixi festum communiter ab omnibus Atticæ populis actum: nam & singuli Bouem mittebant instaurandis sacrificiis; hinc ea carnium copia, quæ tantæ multitudini in epulas sufficeret. Scholiastes Aristophanis in nebulas: Ἐν τοῖς Παναθηναίοις αἱ Ἀττικαὶ πόλεις ἔπεμπον βῦς· ὅθεν δαψίλεια τῶν κρεῶν. *In Panathenæis Athenienſibus Atticæ ciuitates Boues mittunt: vnde car-*

carnium affluentia. Et iterum: Παναθήναια ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις εἶναι μεγίστη ἁπάντων ἀθρόως· ἐπεὶ οὖν ἐν τοῖς Παναθηναίοις πᾶσαι αἱ ἀπὸ τῆς Ἀθηνῶν ἀποικισθεῖσαι πόλεις βοῦν ἠθροισμένον ἔπεμπον, συνέβαινεν ἀθρόαν εἶναι τὴν κρεῶν, ὥστε πλησθῆναι πάντας, καὶ ἁθρόως τὸ δέον ἐσθίοντας διὰ τὴν ἀφθονίαν τῶν κρεῶν. *Panathenæa, festum apud Athenienses esse maximum ab omnibus iactatur. Quoniam ergo in Panathenæis omnes ciuitates Athenas deductæ Bouem ad sacrificium mittebant, accidebat esse carnium abundantiam, vt omnes implerentur, & in eâ copiâ carnium præter decorum ederent.* Nec verò siccam fuisse visceratione argumento sint pocula maximę capacitatis; &, vt Athenæus ait libro XI. Δίχοα, καὶ μείζονα, *duorum congiorum, & maiora*, quæ ab eodem hoc festo Παναθηναϊκὰ vocabantur. In pompâ Senes olei ramum gestabant, quos ideo Θαλλοφόρους appellabãt. Aristophanes in vespis:

Οὐκέτι πρεσβυτῶν ὄχλος
Χρήσιμος ἐς' οὐδ' ἀκαρῆ.
Σκωπτόμενοι γὰρ αὖ ἐν
Τοῖσιν ὁδοῖς ἀπάσαις
Θαλλοφόροι καλούμεθ'.
Senum turba
Vtilis ne hilum est.
Irrisi enim in
Viis omnibus
Ramiferi vocamur.

Scho-

Scholiastes: Θαλλοφόρος γὰρ ἔφη βούλομαι τοὺς γέροντας δηλῶσαι· ἐπειδὴ ἐν τοῖς παναθηναίοις οἱ γέροντες θαλλοὺς ἔχοντες ἐπομπεύον. *Thallophoros enim ait, volens designare senes. quoniam in Panathenæis senes θαλλοὺς, id est oleæ ramos gestantes in pompâ ibant.* Cui muneri deligebantur senes, non illi quidem passi, & rugosi; sed formâ præstantes, & in ipso vergentis ætatis occasu vigorem aliquem ostentantes. Xenophon in Conuiuio: Ἀλλ' οὐδὲ μέν τι τοῦτο ἀπομαστέον τὸ καλὸν, ὡς ταχὺ ὠμαραίζον. ἐπεὶ ὥσπερ γε παῖς γίγνεται καλὸς, οὕτω καὶ μειράκιον, καὶ ἀνὴρ, καὶ πρεσβύτης· τιμήριον δὲ, Θαλλοφόρος δὲ τῇ Ἀθηνᾷ τοὺς καλοὺς γέροντας ἐκλέγονται, ὡς συμπαρομαρτοῦντες πάσῃ ἡλικίᾳ τὸ κάλλος. *Nec verò hac ratione vituperanda forma est, quod cito defloreſcat. Nam vt puer est formosus, ita vir, ita senex; hoc declarant Minerua Thallophori, qui semper eliguntur formosi senes, tanquam quos per omnes ætatis gradus forma sit comitata.* Atque hisce Cæremoniis Mineruam oleæ inuentricem ostendebãt: quo etiam spectat, quod oleâ coronabãtur Athlætæ, præmijque loco vas olei accipiebant. Suidas: Καὶ ὁ νικῶν στεφανοῦται ἐλαίᾳ πλεκτῇ. *Victor nexâ oleâ coronatur.* Scholiastes Comici: Κέραμον ἐλαίου ἐλάμβανον οἱ νικῶντες. *Vas olei accipiebant victores.* In hunc vsum symbolam conferebant quicunque oliueta possidebant: vnde ἀπὸ τοῦ μείρεσθαι, id

est, *diuidere*, ipsas oleas μερίας appellari tradiderunt. Aristophanis Scholiastes in Nebulis: Μερίαι ἐλαῖαι ἐκλήθησαν, ἀφ' ὃ τὸ παίτια αὖθρωπον κεκτημένον ἐλαίας ἀναγκάζεσθαι μέρος τι παρέχειν εἰς τὰ Παναθήναια: *Moriæ vocatæ fuerunt oleæ, quod omnes, qui oleas habebant, μέρος, id est partem aliquam præbere cogerentur ad Panathenæa.* In eadem pompâ circumferebatur peplum à virginibus contextum, in quo gesta Mineruæ depicta conspiciebantur. Meminit eius Euripides in Hecubâ. Ad quem locum Scholiastes: Ἔθος ἦν ἐν Ἀθήναις ὑφαίνειν τὰς παρθένους τῇ Ἀθηνᾷ πέπλον, ἔχοντα τὰς ἀριστείας τῆς Θεᾶς πολεμικῆς οὔσης, καὶ ὡς κατὰ Γιγάντων ἐπεξέλθοι μετὰ Διός. ὑφαίνον δὲ ἐν τοῖς Παναθηναίοις· τὰ δὲ Παναθήναια, ἑορτὴ τῆς Ἀθηνᾶς, πάντων Ἀθηναίων συνιόντων ἐκεῖσε, καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, πολλὰς ἡμέρας πανηγυρίζόντων. *Moris erat Athenis, vt virgines Mineruæ peplum texerent, quod Deæ bellicosæ fortia facta contineret, & ea quæ aduersus Gigantas cum Ioue gessit. Texebant autem in Panathenæis. Panathenæa festum Mineruæ confluentibus eò Athenien sibus, & cæteris Græcis illic ad plures dies conuentum agitantibus.* Comici enarrator Enceladum in peplo expressum ait, quem Minerua occidit. Τῷ πεπλῷ ἐνέγραπτο Ἐγκέλαδος, ὃν ἀπέκτεινε Ἀθηνᾶ. Generatim Proclus in Timæum Platonis: Οἱ τῶν Παναθηναίων πέπλος ἔχει δὴ Γιγάντας νικωμένους ὑπὸ τῶν Ὀλυμ-

τῶν Ὀλυμπίων θεῶν. *Panathenæorum peplus continet Gigantas à Diis superis deuictos.* Sed obseruabatur hic mos in magnis Panathenæis tantùm, quæ singulo quinquennio celebrabãtur. Plautus in Mercatore:

Neque nisi quinto quoque anno posse inuisere
Vrbem, atque extemplo inde vt spectauissem
peplum,
Rus rursum confestim exigi solitum à Patre.

Harpocration etiam meminit πέπλε δ' ἀναφερόμενε τῇ Ἀθηνᾷ τοῖς μεγάλοις Παναθηναίοις. Itaque non video, qua ratione possit excusari, quod in Scholiis Comici legitur ad Equites; Ἐπισκεύαζετο οὖν ὁ πέπλος καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν, καὶ ἐπομπεύετο ἐν τοῖς Παναθηναίοις. *Parabatur peplus singulis annis, & in pompâ Panathenæorum ferebatur.* Hîc præterire nequeo ritum in peplo notabilem; quod ei nomina bene de repub. meritorum intexerentur: quod non minoris apud Athenienses æstimatum, quam apud Romanos saliari carmine celebrari. Suidas: Νικήσαντες Ἀθηναῖοι πέπλον ἐποίησαν τῇ Ἀθηνᾷ, καὶ ἐνέγραψαν αὐτοῦ δρόσους ἐν αὐτῷ. *Victores Athenienses peplum fecerunt Minervæ, in quo fortissimos depinxerunt.* Scholiastes Aristophanis: Νικήσαντες πέπλον ἐποίησαν, καὶ ἐνέθεσαν τὰς ἀριστείας ἐν αὐτῷ. Respexit morem Virgilius in Ceiri:

Sed magno intexens, si fas est dicere, peplo,

Qualis Erechthæis olim portatur Athenis,
Debita cùm castæ soluuntur vota Mineruæ,
Tardaq; confecto redeunt quinquennia lustro.

Vnde viros fortes, & bono Patriæ natos, Aristophanes in equitibus, appellat ἀξίους τοῦ πέπλου, *dignos Peplo.* Λαμπαδηδρομίας cum Prometheiis, & Volcanalibus, vt supra docuimus, Panathenæa communes habuerunt; nisi quod in his equites decurrerent. Plato libro 1. de Repub. Λαμπὰς ἔσται πρὸς ἑσπέραν ἀφ' ἵππων τῇ θεῷ. *Lampadum certamen ex equis erit Deæ sub vesperam.* Et Xenophon in Conuiuio: Ἦν γὰρ Παναθηναίων τῶν μεγάλων ἱπποδρομία. *Erat cursus equestris magnorum Panathenæorum* Hos ludos in veste tincta spectare nefas erat. cōstat ex Nigrino Luciani.

ΠΑΓΚΛΑΔΙΑ.

FEstum apud Rhodios agi solitum cum vineæ putarentur. Hesychius: Παγκλάδια, ἑορτὴ Ῥοδίοις, ὅταν ἡ ἄμπελος τμηθῇ. *Pancladia festum apud Rhodios, quando vinea putatur.*

ΠΑΝΔΙΑ.

POllux hoc festum Ioui tribuit; & Theodoretus libro 7. Græcanicarum affectionum: Πάνδια μὲν ἑορτὴ Διάσια τῷ Διΐ. Hesychius simpliciter:

ter: Πάνδια, ἑορτὴ Ἀθήνησι, *Festum Athenis*. Harpocration: Πάνδια, ἑορτή τις Ἀθήνησι, μετὰ τὰ Διονύσια ἀγομένη. *Pandia festum Athenis post Bacchanalia celebrari solitum.* Ijsdem omnino verbis Suidas. Vlpianus, ad orationem Demosthenis contra Meidiam, à quibusdam Lunæ festum censeri ait; & rationem dat, cur post Liberalia celebretur. Πάνδια δὲ οἱ μὲν Διὸς ἑορτὴν ἐνόμισαν· οἱ δὲ Πανδίαν τὴν σελήνην νομίζουσιν, ἴσως διότι ἔστι πάντοτε ἐοῦσα. Τὸν μὲν γὰρ Ἥλιον ἐν ἡμέρᾳ μόνῃ θεωρεῖν ἔξεστι. Τὴν δὲ σελήνην, καὶ ἡμέρας, καὶ νύκτωρ. ἦγον δὲ καὶ τὴν σελήνης ἑορτὴν μετὰ τὰ Διονύσια. ἐπιδὴ Διονύσου ἀδελφὴ ἡ Σελήνη, εἴπερ τὸν Διόνυσον, καὶ Ἀπόλλωνα, καὶ Ἥλιον καλοῦσιν· ἔνιοι δὲ καὶ παῖδα Σελήνης τὸν Διόνυσον *Pandia, alij Iouis festum esse putant: alij lunam existimant dici Pandiam, ex eo fortasse, quod quouis eat. Sol enim interdiu dūtaxat videri potest: at Luna, & noctu, & interdiu. Agebant igitur & Lunæ festum post Dionysia, quando Bacchi soror est Luna. Bacchum enim tum Solem, tum Apollinem vocant. Quidam etiam Lunæ filium faciunt Bacchum.*

ΠΑΝΙΩΝΙΑ.

VT Athenienſium Παναθήναια, Παμβοιώτια Bœotorum, ita conuentus ſolennes omnium Ionum Πανιώνια vocantur. Author eſt Euſtathius

ſtathius ad Iliad. B. Quippe ſtatis temporibus Iones conuenire ſolebant ad Mycalen, in loco, qui nomen inde Πανιώνιον obtinuit; ibiq; Neptuno Heliconio rem diuinam faciebant. Herodotus libro 1. Τὸ δὲ Πανιώνιόν ἐστι τῆς Μυκάλης χώρης ἱρὸς, πρὸς Ἄρκτον τετραμμένος κοινῇ ἐξαιρεθὲν ὑπὸ Ἰώνων Ποσιδέωνι Ἑλικωνίῳ· ἡ δὲ Μυκάλη ἐστὶ τῆς Ἡπείρου ἄκρη, πρὸς ζέφυρον ἄνεμον κατήκουσα Σάμῳ· ἐς τοῦτο συλλεγόμενοι ἀπὸ τῶν πολίων Ἴωνες ἄγεσκον ἑορτὴν, τῇ ἔθεντο οὔνομα Πανιώνια. *Panioniorum lacus est Mycales ſacer, ad Septentrionem vergens; communiter ab vniuerſis Ionibus Neptuno Heliconio dicatus. Mycale autem promontorium est in continente ſitũ, quod quà Zephyro vento expoſitum est, ad Samum pertinet. Ad hunc montem collecti vniuerſi Iones feſtum celebrabant, quod Panionia vocarunt.* Herodoto Strabo concinit libro 14 Πρῶτον δ' ἐστὶν ἐν τῇ παραλίᾳ τὸ Πανιώνιον, τριακοσίοις ὑπερκείμενον τῆς θαλάττης· ὅπερ τὰ Πανιώνια, κοινὴ πανήγυρις τῶν Ἰώνων συντελεῖται τῷ Ἑλικωνίῳ Ποσιδῶνι, καὶ θυσία. ἱερῶνται δὲ Πριηνεῖς. *Primum in orâ maritimâ illâ est Panionium, tribus ſtadiis ſupra mare ſitum, vbi Iones ſolennem conuentum agitant, & Heliconio Neptuno ſacrificãt. Sacrificia præſunt Prienenſes.* Meminerunt etiam Plinius lib. 5. Natural. hiſtor. cap. 29. Pomponius Mela capite 17. Ritus in hoc ſacro peculiaris; quod pulchrè demum ſe litaſſe tum crederẽt Iones, ſi inter

si inter immolãdum Bos vocem edidisset. Strabo libro 8. Τότε γὰρ νομίζεσι καλλιερεῖν περὶ τὴν θυσίαν ταύτην Ἴωνες, ὅταν θυόμενος ὁ ταῦρος μυκήσεται. *Tum enim existimant se perlitare eo sacrificio Iones, cum Taurus inter operandum mugit.* Et huc respexisse putant Homerum Iliad. τ. in hisce versibus.

Αὐτὰρ ὁ θυμὸν ἄϊσθε, καὶ ἤρυγε. ὡς ὅτε ταῦρος
Ἤρυγε, ἑλκόμενος Ἑλικωνίον ἀμφὶ ἄνακτα.
Efflans ille animam mugitum sustulit altè,
Qualem mugitũ trahitur cum Taurus ad aras,
Cum Rex placandus fortè est Heliconius, edit.

Eustathius: Φασὶ δὲ οὖν θύοντα τῷ Ἑλικωνίῳ Ποσειδῶνι δοκεῖν καλλιερεῖν, ὅτε ὁ θυόμενος ταῦρος μεγάλα ἐρεύγεται, ὡς χαίροντος τῷ Ποσειδῶνος τῷ ἤχῳ. *Aiunt eos qui Neptuno Heliconio sacrificant, demum putare tum se perlitare, si Taurus immolandus altè mugiuerit, quasi Neptunus voce delectetur.* Et delectari ostendit Poëta, cùm ait:

Γαῖα δὲ τοῖς ἐνοσίχθων.
Gaudet verò his Terræ quassator.

Hoc etiam argumento fuerunt vsi, qui Homerum natione Ionem contenderunt.

ΠΙΘΟΙΓΙΑ.

NOmen habent ἀπὸ τοῦ πίθω, καὶ οἴγω, *à dolio, & aperire.* Suidas: Πιθοίγια, ἡ τοῦ πίθου

ἀνοιγή, *Pithægia, dolij apertio.* Festum est, quod celebrabant in honorem Bacchi, cùm vasa relinerent, & vinum diffunderēt. Proclus ad hunc versum Hesiodi in operibus:

Ἀρχομένης δὲ πίθου, καὶ λήγοντος κερέσασθαι,
Μεσσόθι φείδεσθαι.

Incipiente autem dolio, & desinente saturato te,
Medio parce.

καὶ ἐν τοῖς πατρίοις ἐστὶν ἑορτὴ Πιθοίγια, καθ' ἣν οὔτε οἰκέτῃ, οὔτε μίσθιον ἔργον ἐπολαύσεως ἕνεκα οἴνου, ἐωμιτὸν ἦν· ἀλλὰ θύσαντας πᾶσι μεταδιδόναι ἐκ δῶρα τοῦ Διονύσου. *Patrio more receptum est festum Pithægiorum, in quo neque seruum, neque mercenarium vini fructu prohibere fas erat: sed peracto sacrificio omnibus dona Bacchi communicabantur.* Tzetzes: Ἡ πιθοιγία δὲ συμποσιακὸν ἦν συμπόσιον. ἀνοίξαντες γὰρ τοῦ πίθους πᾶσι μεταδίδουν ἐκ Διονύσου δωρήματα. *Pithægia conuiuium. Nam dolia aperientes omnibus dona Bacchi impartiebantur.* Mendosus Hesychius: πιθοίπα, ἑορτὴ Ἀθήνησι. Lege πιθοίγια. Plutarchus morem explicat Symposiac. 3. quæstione 7. Τῇ νέᾳ οἴνου Ἀθήνησι μὲν ἐνδεκάτῃ μηνὸς Ἀνθεστηριῶνος κατάρχονται, Πιθοιγίαν τὴν ἡμέραν καλοῦντες· καὶ πάλαι γε (ὡς ἔοικεν) οὐ χοντο, ἐκ οἴνου πρὶν ἢ πεῖν ἀποστένδοντες, ἀβλαβῆ, καὶ σωτήριον αὐτοῖς ἐκ φαρμάκων τὴν χρῆσιν ἡγούμενοι. *Athenis undecimâ die mensis Anthesterionis primitias noui vini deliabant, diemq; illum à doliis reserandis Pithægiam vocant;*

vocant; vtque apparet, antiquitus de vino antequam gustarent libantes vota faciebant, vt sibi vsus eius medicamenti salutaris, & innoxius foret.

ΠΛΥΝΤΗΡΙΑ.

Dies in honorem Mineruæ feriatus, ἀπὸ τοῦ πλύνειν, quod est, *Lauare*. Harpocration: Πλυντήρια ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις. Suidas: Πλυντήρια ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις. *Plynteria festum apud Athenienses.* Præcipua cęremonia, quod detracto ornatu, Mineruæ delubrum operiretur. Xenophon libro 1. Ἑλληνικ. agens de reditu Alcibiadis in vrbem, quem vulgus inauspicatum fore ciuitati ominatum est, quod in diem Plynteriorum incidisset. Ἐπειὴ ἔωρα ἑαυτῷ εὖνουν οὖσαν (τὴν πόλιν) καὶ φρατηγὸν αὐτὸν ἡρημένους, καὶ ἰδίᾳ μεταπεμπομένους οὐ ἀπιτηδείως, κατέπλευσεν εἰς τὸν Πειραιᾶ, ἡμέρᾳ, ἣ Πλυντήρια ἦγε ἡ πόλις, ἔθος καταστέγαζόμενον τὴν Ἀθηνᾶν· ὃ τινες οἰωνίζονται ἀνεπιτήδειον εἶναι καὶ αὐτῷ, καὶ τῇ πόλει. Ἀθηναίων γὰρ οὐδεὶς ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ οὐδὲν ἀπράκτους ἔργου τολμήσας ἂν ἄψεσθαι. *Quam (ciuitatem) cum sibi benenolam ac conciliatam intellexisset, seq; ducem electum, vocantibus etiã priuatim necessariis, in Piræum nauigauit, die quâ Plynteria celebrabat ciuitas, & Palladis tegitur sedes. Id quod nonnulli infaustum & ipsi, & vrbi esse ominabantur. Nullus enim Athenienſium aliquid*

quid illa die ferij audet operari. Plutarchus in Alcibiade: Ἡ γὰρ ἡμέρα κατέπλευσεν, ἐδράττο τὰ Πλυντήρια τῇ θεῷ· δρῶσι δὲ τὰ ὄργια περὶ ξεργίδαι, Θαργηλιῶνος ἕκτῃ φθίνοντος· ἀποῤῥήτα, τόν τε κόσμον καθέλοντες, καὶ τὸ ἕδος καλακαλύψαντες· ὅθεν ἐν τοῖς μάλιστα τὴν ἀποφράδων τὴν ἡμέραν ταύτην ἄπρακτον Ἀθηναῖοι νομίζουσι. οὐ φιλοφρόνως οὖν, οὐδὲ εὐμενῶς ἐδέξατο προσδεχομένη τὸν Ἀλκιβιάδην ἡ θεὸς ἀποκαλύπτεσθαι, καὶ ἀπολαύειν ἑαυτῆς. *Quo enim est die in portum delatus, Plynteria Minervæ agebãtur. Hæc sacra Praxiergidæ arcana vigesimoquinto die faciunt mensis Thargelionis; omnemq; ornatum Deæ detrahunt, & simulachrum eius operiunt: unde hunc diem habet præcipuè populus Athenien sis inter nefastos feriatum. Non propitia igitur visa excipere Minervа Alcibiadem, sed intecta facie auerfari, & rejicere.* Falsus igitur Hesychius, qui hoc festum Aglauro Cecropis filiæ tribuit. Πλυντηρία, ἑορτὴ Ἀθήνησι, ἣν ἄγουσι τῇ Ἀγλαύρῳ τῇ Κέκροπος θυγατρὶ [τιμὴν] ἄγουσι. *Plynteria festum Athenis, quod Aglauro Cecropis filiæ agunt.* Non ignoro tamen Athenien sibus cultam fuisse Aglaurum, quæ pro salute Patriæ mortem oppetiit, atque adeo illi templum dedicatum; in quo Ephœbi ad bellum iam ituri, per eam ipsam iurare solebant. In pompâ gestabatur massa ficuum, quam à verbo ἡγεῖσθαι, *ducere, præire*, vocabant ἡγητηρίαν; quod Athenienses, cùm indigenæ

genæ essent, à ficu mansuetioris victus initium fecerint. Hesychius: Ἡ γητηρία παλάθη σύκων· ἐν γὰρ τῇ ἑορτῇ τῶν Πλυντηρίων (lege πλυντηρίων) φέρουσι παλάθην συγκειμένην ἐξ ἰσχάδων. Διὸ δὴ τοῦτ' αὐτόχθονας ἤμερον καρπὸν φαγεῖν πρῶτον τῶν σύκων. *Hegeteria massa ficuum. Nam in festo Plynteriorum gestant massam compositam è ficubus: eò quod indigenæ primum fructum mitē ficuum comederint.* Clarè Athenæus libro 3. Ἡ συκῆ, Ἀνδρες φίλοι, ἡγεμὼν δὲ καθαρᾶς βίου τοῖς ἀνθρώποις ἐγένετο. δῆλον δ' ἔστι ἐκ τοῦ καλεῖν τοῦτ' Ἀθηναίους ἱερὰν συκῆν τὸν τόπον, ἐν ᾧ πρῶτον ἐφάνη· τὴν δ' ἀπ' αὐτῆς καρπὸν ἡγητηρίαν, διὰ τὸ πρῶτον ἐρεθῆναι τῆς ἡμέρου τροφῆς. *Ficus, ô Amici, hominibus elegantioris vitæ dux fuit: vel hoc est argumento, quod locum ubi primùm reperta fuit hæc arbor, ficum sacram Athenienses vocauerunt, ipsiusq; fructum ἡγητηρίαν, id est cultioris vitæ ducē; quod antè mitiorescibos inuentus fuerit.* Videatur Ælianus libro 3. variarum Historiar. capite 38. & 39. Cæterum prima ficus Phytalo donata est à Cerere. Paulanias in Atticis ad eius rei confirmationē adfert hoc epigramma.

Ἔνθα δ' ἀναξ Ἥρως Φυτάλῳ ποτὲ δέξατο σεμνὴν
Δημήτερα, ὅτε πρῶτον ὀπώρας καρπὸν ἔφηνεν,
Ἡνίκα ἱερὴν συκῆν θνητῷ γήθῳ ἐξομοίαζεν.
Ἐξ οὗ δὴ τιμὰς Φυτάλου γήθῳ ἔχεν ἀγήρως.
Hic Cererem tectis Phytalus susceperat Heros,
Cum primùm sacri largita est semina pomi,

Quam

Quam mortale genus ficum vocat; illius ergo
Muneris æterno Phytaligens floret honore.

ΠΥΑΝΕΨΙΑ.

AVthores in nomine variant. Harpocration à Lycurgo Ποιανοψίαν, ab aliis Πανοψίαν appellari tradit. Ποιανοψίαν, Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Μενεσαίχμου, καὶ ἡμεῖς Ποιανοψίαν ταύτην τὴν ἑορτὴν καλοῦμεν· οἱ δὲ ἄλλοι Ἕλληνες Πανοψίαν, ὅτι πάντας εἶδον καρποὺς τῇ ὄψει· Ἀπολλώνιος, καὶ ἄλλοι οἱ περὶ τὰ Ἀθήνησιν ἑορτὰ γεγραφότες. *Pœanopsia, Lycurgus in oratione contra Menesæchmum: Et nos Pœanepsian vocamus festum; alij verò Græci Panopsian, quod omnes in conspectu habeant fructus. Sic Apollonius, & qui de festis Athenienſium ſcripſerunt.*

At Πυανέψια, ἀπὸ τῶν πυάμων καὶ ἑψεῖν, *à fabis, & coquere.* Nam πυάμους vocarunt fabas, quas poſtea κυάμους dixerunt; ſub quibus omne genus leguminum comprehenditur. Heſychius: Πυανέψια, ἑορτὴ Ἀθήνησιν. ἔθυσαν δὲ παρόσον κυάμων ἐμπίπλανται· καὶ ἄγεται Πυανεψιῶνος ἑβδόμῃ· ἐπειδὴ ἕψουσιν ἔτνος, οὕτως δὲ κέκληται ὁμοίως· ἢ ἑορτὴ διὰ τὸ ἀθάρων ἑψεῖν, ἃ καλοῦσι πύανα. Sic lego; & horum ſenſus eſt: *Pyanepſia feſtum Athenis. dictum vero eſt quatenus fabis implentur: & agitur ſeptimâ die menſis Pyanepſionis. quoniam coquunt pul-*

pulmentum, sic vocatus fuit mensis, & festum, quod in eo pultem coquerent, quæ vocarentur Pyana. Harpocration: Πυανεψιῶν ἑβδόμῃ, τὰ Πυανέψια Ἀπολλώνι ἄγεσθαί φησι. δεῖν δὲ φασι λέγειν πυανέψια, καὶ τὸν μιῶα πυανεψιῶνα. πύανα γὰρ ἑψεῖσι ἐν αὐτῇ. *Pyanepsiones die septimo Pyanepsia Apollonius agi dicit. oportere verò aiunt dicere Pyanepsia, & mensem Pyanepsionem. Nam Pyana, id est fabas tum coquunt.* Eustathius ad Iliad. B. Πυανεψιὼν δὲ, ὅτι μιὼς ὄνομα παρ' Ἀθηναίοις κυάμων ἑψήσει παρωνυμάζεται. *Pyanepsion mensis nomen apud Athenienses, qui à coctione fabarum est cognominatus.* Origo est à Theseo, qui è Creta reuersus, annonæ reliquias in ollâ miscuit, & coctas simul, sociis exhibuit. Plutarchus: Θάψας οὖν τὸν πατέρα, τῷ Ἀπόλλωνι τῷ δείχλῳ ἀπεδίδου τῇ ἑβδόμῃ τοῦ Πυανεψιῶνος μιὼς ἱσταμένου. ταύτῃ γὰρ ἀνέβησαν ἐν ἄστυ σωθέντες· ἡ μὲν οὖν ἔψησις τῶν ὀσπρίων λέγεται γίνεσθαι διὰ τὸ σωθέντας αὐτοὺς εἰς ταὐτὸ συμμίξαι τὰ περίοντα τῶν σίτων, καὶ μίαν χύτραν κοινὴν ἑψήσαντες συνεστιᾶσθαι, καὶ συγκαταφαγεῖν ἀλλήλοις. *Elato patre, Apollini vota reddidit die septimo mensis Pyanepsionis: eo enim sospites urbem iniere. Ac legumina memorantur elixari, quod incolumes cibariorum reliquias in unum confuderint, unaq; coctas communi ollâ epulati simul inter se manducauerint.* Votum Thesei memorat Scholiastes Aristophanis ad Equites: Τινὲς δὲ τὰ Θησέα φασι καθ-

καθ' ὃν καιρὸν εἰς Κρήτην ἔπλει πεσόντα. Δήλῳ ὁρμὴ χειμῶνα, ὅ ξασθαι τῷ Ἀπόλλωνι, κατασέψασθαι κλάδους ἐλαίας, ὅταν σωθῇ, τὸν Μινόταυρον ἀποκτείνας, καὶ θυσιάζειν καὶ τὴν ἱκετηρίαν ταύτην καταστέψαντα εὔξασθαι χύτραν ἀφάρης καὶ ἕτνος, καὶ βωμὸν ἱδρύσασθαι· διὸ καὶ Πυανέψια δοκεῖ λέγεσθαι, εἶον κυαμέψια· τὸ γὰρ πρότερον οὖν κυάμους, πυάνους ἐκάλουν. *Quidam aiunt Theſea, quâ tempeſtate in Cretam nauigauit, propter hyemem circa Delum hæſiſſe, ibiq; Apollini vouiſſe, eum ſe ramis oleæ coronaturum, & ſacrificaturum, ſi quando ſoſpes, interfecto Minotauro, redÿſſet; ſupplicem ramum coronaſſe, coxiſſe ollam pulmenti. quare Pyanepſia dici videtur, quaſi Cyamepſia: nam fabas, quas ante πυάμους vocabant, poſtea κυάμους appellarunt.* Hæc ipſa totidem verbis à Suida proferuntur. Breuiùs ad Euſtathio ad Iliad. χ.

ΡΑΒΔΟΥ ΑΝΑΛΗΨΙΣ.

Eſtum apud Coos anniuerſarium & celebre: de quo tamen nihil mihi lectum, præterquam in epiſtolâ Hippocratis ad S. P. Q. Abderitanum: ὁ πολίτης ὑμέων Ἀμελησαγόρης ἦλθεν εἰς Κῶ, καὶ ἔτυχε τότ' ἐοῦσα ἡ ΡΑΒΔΟΥ ΑΝΑΛΗΨΙΣ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρῃ, καὶ ἑτήσιος ἑορτὴ, ὡς ἔστε πα-

πανήγυρις ἡμῖν, καὶ πομπὴ πολυτελὴς ἐς Κυπάρισσον, ἐν ᾗ θεῷ ἀνάγειν τοῖς τῷ θεῷ προσήκουσιν. *Ciuis vester Amelesagoras eo die Co appulit, in quem fortè inciderat* VIRGÆ ASSVMPTIO, *anniuersaria, vt scitis, nobis festiuitas, & publicus conuentus, & pompa sumptuosa ad cupressum, quam pro more deducunt, qui Deo dicati sunt.*

ΣΑΚΑΊΑ.

EXtra oleas me ferri non nemo iure dixerit. Neque enim Barbarorum festa Græcis oportuit adiungi. Et eadem ratione Mithriaca, Magophonia, Vitiorum interitus, aliaque non minus celebria, non poterant præteriri. Ac fanè, quod dicturus sum, nihil ad institutum facere scio: verùm abduxit me ritus insolētia, quam nec iniucundam lectu fore putaui. Igitur Σακαία, vt author est Hesychius, ἡ Σκυθικὴ ἑορτή, *Scythicum festum.* Athenæus autem libro 14. ex Beroso, refert esse Babyloniorum Σακαίαν εἶναι ἑορτὴν οὕτως ἐν Βαβυλῶνι προσαγορευομένην: *Sacæam esse festum ita Babylone nuncupatum.* Eius ritum enarrat Dio Chrysostomus oratione 4. de Regno: οὐκ ἐννενόηται τὴν τῶν Σακκῶν ἑορτὴν, ἐν ᾗ πέρυσι ἄχθοι; λαβόντες τὸν δεσμοτῶν ἕνα, τὸν ἐπὶ θανάτῳ, καθή-

καθίζουσι εἰς τὸ θρόνον τοῦ βασιλέως, καὶ τὸ ἐσθῆτα δι-δόασιν αὐτῷ τὴν αὐτὴν, καὶ τρυφᾶν, καὶ τὰς Παλλακὰς χρῆσθαι ἡμέρας ἑκείνας τοῦ βασιλέως, καὶ οὐδεὶς οὐδὲν κωλύει ποιεῖν ὧν βέλεται· μετὰ δὲ ταῦτα ἀποδύσαντες, καὶ μαστιγώσαντες ἐκρέμασεν. *An Saccorum solenne festum ignoras, quod Persæ celebrant? vinctorum, qui duci ad supplicium debent, aliquem in sellâ Regis collocãt, & veste regiâ ornant, faciuntq; ei potestatem delicatè, & molliter viuendi, Regiisq; pellicibus per eos dies vtendi: neque eum quisquam impedit, quo minus quidquid voluerit faciat; deinde exutum, & flagellatum suspendunt.*

ΣΑΡΩΝΙΑ.

SAro Trœzeniorum Rex ordine tertius, ædem exstruxit Dianæ, quam ab eo Saronidem vocarunt; Festumque ei anniuersarium consecrarunt. Pausanias in Corinthiacis: *Hinc non longè abest Saroniæ Dianæ ædes, de qua, quæ dici oportuit, superius à me sunt expositа. vnum illud nunc adjicio, Dianæ quot annis festos dies celebrari, quæ Saronia nuncupant.*

ΣΕΠΤΗΡΙΟΝ.

SAcrum nouennale Delphorum. describitur à Plutarcho in Quæstionibus Romanis:

nis: Τὸ μὲν οὖν Σεπτήριον ἔοικε μίμημα τῆ περὶ τὸν Πύθωνα τοῦ θεοῦ μάχης εἶναι, καὶ τῆ μὴ ἐπὶ μάχῃ ἀπὸ τοῦ Τέμπη φυγῆς, καὶ ἐνδιώξεως· οἱ μὲν γὰρ φυγεῖν ἀπὸ τοῦ φόνου φασὶ χρήζοντα καθαρσίων· οἱ δὲ τῷ Πύθωνι τετρωμένῳ, καὶ φθάνοντι, κατὰ τὴν ὁδὸν, εἰς νεῶν ἱερὰν καλεομένην, ἐπακολουθεῖν, καὶ μικρὸν ἀπολιφθέντα τὸν τελευτῆσαι· κατέλαβε γὰρ αὐτὸν ἐκ τοῦ τραύματος ἄρτι πεπνικότα, κεκηδεμένον ὑπὸ τοῦ παιδός, ᾧ ὄνομα εἶναι Αἶξ ὡς λέγεσι· τὸ μὲν δὴ Σεπτήριον, τούτων ἢ τοιούτων τινῶν ἀπομίμησίς ἐστιν ἑτέρων. *Septerium imitationem habet pugnæ Apollinis cum Pythone, & à pugna fugæ Dei ad templum, aut persecutionis. Alij enim fugisse eum ferunt, quod peractâ cæde opus expiatione haberet: alij Pythonem saucium, & fugientem viâ, quæ nunc sacra dicitur, cum insequeretur, superuenisse ei recens è vulnere mortuo, & funerato à filio, cuius nomen Aix, id est Capra, perhibent. Septerium ergo harum, & similium rerum imitatio est.*

ΣΚΙΡΟΦΟΡΙΑ.

MOnuimus duo fuisse templa Mineruæ Scirados: Alterum in Phalero, ad quod Olchophoriorum cursus instituebantur. Alterum in Sciro Atticæ pago inter Athenas & Eleusinem, à quo nomen accepere Σκίρα, siue Σκιροφόρια, & mensis Σκιροφοριών, cuius die 12. in

honorem Mineruæ celebrabantur. Aristophanis Scholiastes ad Concionant. Σκίρα, ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις, ἀφ' ἧς ὁ μὴν Σκιροφοριών. *Scira festum apud Athenienses, à quo mẽsis Sciropho rion.* Sunt qui Cereris, & Proserpinæ festum esse dixerũt. Idem: Σκίρα ἑορτή ἐστι τῆ Σκιράδι Ἀθηνᾶς Σκιροφοριῶνος ιϛ· οἱ δὲ Δήμητρος, καὶ Κόρης. *Scira festum Mineruæ Scirados, 12. Scirophorionis; alij Mineruæ, & Proserpinæ.* Harpocration, ab vmbellâ, quæ σκίρον dicitur, originem nominis deducit. Σκίρα, ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις, ἀφ' ἧς ὁ μὴν Σκιροφοριών· φασὶ δὲ οἱ χράψαντες περὶ τῆς ἑορτῆς, καὶ μηνῶν Ἀθηναίων, ὧν ἐστι καὶ Λυσιμαχίδης, ὡς τὸ σκίρον σκιάδιόν ἐστι, μεθ' ἧς φερόμενοι ἐξ Ἀκροπόλεως εἰς ἁγιασμόν τινα καλούμενον σκίρον πορεύονται, ἥτις τῆς Ἀθηνᾶς ἱέρεια, καὶ ὁ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερεύς, καὶ ὁ τοῦ Ἡλίου. κομίζεται δὲ τὸ Ἐρεχθεΐδαι. *Scira festum apud Athenienses: à quo mensis Scirophorion: aiunt autem qui de festis, & mensibus scripserunt, è quorum numero est Lysimachides, Scirum esse vmbellam, cum quâ ex Acropoli in locum aliquem nomine Scirum eunt Mineruæ Sacerdos, Neptuni sacrificulus, & solis. gestant eam vmbellam Et eo but adæ.* Hæc totidem verbis Scholiastes Aristophanis, & Suidas; qui hoc amplius addunt: Ὅτι σκιάδιον ἐφερόντιζον ἐν ἀκμῇ τοῦ καύματος· σκίρα γὰρ τὰ σκιάδια. Οἱ δὲ τοῦ Διὸς τοῦτό φασιν, ἀλλὰ Διὸς τοῦ ἀπὸ Σκίρου Ἀθηνᾶν, ὡς Θησεὺς ἐποίησεν, ὅτε ἐπανῆλθε ἀποπλέοντας τὸν Μινώταυρον.

ἡ σκίρα

ἡ σκίρα δὲ ἐστι γῆ λευκὴ ὥσπερ γύψος. *Vmbellam excogitabant in summo æstu. nam Scira vocantur vmbellæ. Alij verò non ob id aiunt; sed ob Minervæ statuam, quam in Sciro statuit Theseus cum reuenisset occiso Minotauro. Scira terra alba est, veluti gypsus.* Hoc postremũ Eustathius etiam affirmat ad Iliad. ψ. ὁ σκίρος, ἡ γύψον, ἢ γλὼ γυψώδη δηλοῖ. *Scirus, & gypsum, aut terram gypseam significat.* Ergo à statuâ Mineruæ, quam ex gypso, siue sciro festum σκίρων, aut σκιροφορίων nomen obtinet secundum quosdam. Alij verò deriuarunt à Sciro quodam Eleusinio; cuius sententiæ fuit Philochorus: alij à Scirone, qui Salaminem incoluit; quod in secundo libro Megaric. memoriæ prodidit Praxion, vt author est Harpocration, & Schol. Aristoph. Quibus accedere videtur Strabo libro 9. referens Salamina fuisse dictam: Σκιράδα, καὶ Κυζρίαν ἀπό τινων Ἡρώων, ὧν ἀφ' ἕ μὲν Ἀθηνᾶ τις λέγεται Σκιράς, καὶ τόπος σκίρα, ἐν τῇ Ἀττικῇ, καὶ ἔτι σκίρωσις ἱερομηνία τις, καὶ ὁ μὴν Σκιροφοριών. *Scirada, & Cychriam à quibusdam Heroibus; quorum ab altero quidem & Minervâ Sciras dicitur, & locus in Atticâ, Scira, & sacrum Sciroſis, & mensis Scirophorion.* Plures ad vmbellam referunt; quo veluti symbolo putant indicatum tempus ædificandi. Harpocration: Σύμβολον δὲ ἔστι γίνεται, ἕ δεῖν οἰκοδομεῖν, καὶ σκέπας ποιεῖν, ὡς τότε ἕ χρόνος ἁρίστος ὢν

πρὸς οἰκοδομίαν. *Symbolum erat ad ædificationem, quasi tempus illud maximè ad ædificationem esset idoneum.* Suprà dixit Harpocration Eteobutadas vmbellam gestasse. Eteobutadæ sunt veri Butadæ. fuit hoc nomine familia apud Athenienses nobilis à Butâ : in quam se nonnulli splendorem generis affectantes inseruerunt. Id ansam præbuit veris Butadis, vt se Eteobutadas appellarent. Scholiastes Aristophanis vmbellam non ab his gestatam ait, sed ab Erechthei sacerdote : ὁ ἱερεὺς τοῦ Ἐρεχθέως φέρει σκιάδιον λευκὸν, ὃ λέγεται σκίρον, *Sacerdos Erechtheigestat vmbellam albam, quæ dicitur Sciron.* In eundem locum Aleatores ludendi causâ conuenire solebant, atq; inde Aleatorium Σκιράφιον dictum. Suidas: Σκιράφιον, κυβευτήριον, ἐπειδὴ ἀλέκτορες ἐν Σκίρῳ, οἱ κυβεύοντες. *Sciraphium, Aleatorium : quia in Sciro agebant aleatores.* Hesychius: Σκιράφιον, κυβευτήριον, ἴσως διὰ τὸ ἐν Σκίρῳ διατρίβειν ἔχειν τοὺς κυβεύοντας, *Sciraphion, Aleatorium, forte quod in Sciro Aleatores versarentur.* Hinc hominem dissolutum vocabant Σκιροφόρον. Stephanus: Καὶ τὸ σκιράφιον, ὅπερ δηλοῖ τὸν τόπον εἰς ὃν οἱ κυβιστῆται συνίασιν. καὶ ὁ Σκιροφόρος, ὁ σημαίνει τὸν ἀκόλαστον, καὶ κυβευτὴν, ἀπὸ τῶν ἐν Σκίρῳ διατριβόντων. *Sciraphium significat locum, in quo Aleatores conueniunt. & Scirophorus, quod significat dissolutum, & aleatorem, ab iis, qui in Sciro versantur.* Omnem quoque

que fraudem & vafritiem, σκιραφίας appellarũt. Eustathius ad Odyss. α. Ἀθηναῖοι καὶ ἐν ἱεροῖς ἀθροιζόμενοι ἐκύβευον· καὶ μάλιστα ἐν τῷ τῆς Σκιράδος Ἀθηνᾶς, τῷ ἐπὶ Σκίρῳ· ἀφ' οὗ καὶ τὰ ἄλλα κυβευτήρια, σκιραφία ὠνομάζετο· ἐξ ὧν καὶ πάντα τὰ παυεργήματα, ἀφὰ τὴν ἐν σκιραφίοις ῥαδιουργίαν σκίραφοι ἐκαλοῦντο. Ἱππώναξ· τί με σκιραφίοις ἀπιπάλλεις; *Athenienses etiam in templis conferti aleâ ludebant; & maximè in Mineruæ Scirados, quod est in Sciro: à quo & alia aleatoria, Sciraphia dicebantur. Ex his omnes doli, & calliditates, ob fraudes, quæ in Aleatoriis committebantur, Sciraphi vocabantur. Hipponax: quid me Sciraphis, id est fraudibus, lactas?* Et quidem in ipso Mineruæ templo, quod prodidit Eustathius, aleatores lusisse confirmat Etymologicum: Σκίρα ἑορτὴ Ἀθηνᾶς καὶ Σκιράφια τὰ κυβεῖα· ἤτοι ἐπεὶ σκίραφός τις ἐστιν ὄργανον κυβευτικὸν· ἢ ἔστι Σκιράφου τινὸς κυβευτοῦ· ἢ ὅτι ἐν τῷ τῆς Σκιράδος Ἀθηνᾶς ἱερῷ οἱ κυβευταὶ ἔπαιζον. *Scira festum Mineruæ: & Sciraphia aleatoria: vel quia Sciraphus instrumentum est aleatorium: vel à Scirapho aleatore: vel quod in Scirados Mineruæ templo luderent aleatores.* Porrò comites Aleatoribus erant meretrices. Stephanus: Σκίρος, ὁ τόπος ἀπὸ Σκίρου Ἥρωος· ἐν δὲ τῷ τόπῳ τούτῳ αἱ πόρναι ἐκαθέζοντο. *Scirus locus ab Heroe Sciro: in eo ipso loco meretrices prosidebant.* In pompâ adornanda vtebantur pellibus victima-

rum, quæ Ioui Meilichio, & Cteſio fuerant immolatæ, & Διὸς κώδια vocabantur. Suidas in voce Διὸς κώδιον· Χρῶνται δ' αὐτοῖς οἱ Σκιροφορίων πομπὴν ἄγοντες. *Vtuntur iis, qui Scirophoriorum pompam inſtruunt.*

ΣΤΗΝΙΑ.

FEſtum erat Athenis, in quo dicteriis & cõuitiis inter ſe ludebant. Heſychius: Στλώνια ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἐν ᾗ λοιδοροῦσι. *Stenia feſtum Athenis, in quo rident, & conuitiantur.* A Fœminis præcipuè ſeruatum, quarum natura procliuior ad iſtud certamen conuitiorum. Suidas: Στλώνια, καὶ Σκίρα, ἑορταὶ γυναικῶν. *Stenia, & Scira, feſta mulierum.* Hinc formatum eſt verbum στλωῶσαι, quod eſt, teſte Heſychio, βλασφημῆσαι, λοιδορῆσαι.

ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΟΝ.

NIſi inſtitutus ordo prohibuiſſet, cum Amphidromiis cõiungi debuerat feſtum illud, quod Puerperę quadrageſimo poſt partum die celebrare ſolebant, & τεσσαρακοστὸν appellabant. Nam hoc ipſum quadraginta dierũ ſpacium matris purga-

gationi sufficere, & spem de salute prolis certam dare existimabant. de quo in hūc modum Censorinus capite 11. *In Græciâ dies habent quadragesimos insignes. Namq; prægnans ante diem quadragesimum non prodit in fanum; & post partum quadraginta diebus puerpæq; fætæ grauiores sunt, nec sanguinem interdum continent: & paruuli fermè per hos dies morbidi sine risu, nec sine periculo sunt. Ob quam causam, cùm is dies præterierit, diem festum solent agitare, quod tempus appellāt* Τεσσαρακοστόν. Præterea anniuersariam natalium memoriam festiuâ solennitate recolebant, quam Γενέσια nuncupabant. Suidas: Γενέσια, ἡ δι' ἐνιαυτοῦ ἀποφοιτῶσα τῷ τεχθέντος μνήμη. *Genesia, quotannis recurrens nati memoria.* id etiam nominis videre est apud Matthæum capite 14. vbi in Herodis natali die, Herodiadis filia saltitasse refertur.

Υ Α Κ Ι Ν Θ Ι Α.

LAcedæmonij Hyacinthum diuinis honoribus affecerunt, eique festum anniuersarium Υακίνθια dedicarunt. Hesychius: Υακίνθια, ἑορτὴ ἐν Λακεδαίμονι. *Hyacinthia, festum Lacedæmone.* Theodoretus sermone de Martyribus, siue li-

bro 8. Græcanicarum affectionum: Καὶ τὰ Υακίνθια δὲ οἱ Σπαρτιάται ἑορτὴν μεγίστην, καὶ Δημοσινίαν ἐνόμιζον. *Spartani vero Hyacinthia festum maximum, & visceration em instituerunt.* Sed inter cæteros præcipuo cultu festum venerati sunt Amyclæi. Xenophon libro 4. Ἑλληνικῶν: Οἱ Ἀμυκλαῖοι αἰεί ποτε ἀπέρχονται εἰς τὰ Υακίνθια, ὅτι τὰ Παιᾶνα, ἐάν τε στρατοπεδευόμενοι τυγχάνωσι, ἐάν τε ἄλλως πως ἀποδημοῦντες. *Amiclæi semper sive militant, sive aliâ de causâ peregrinantur, ad Hyacinthia, & Pæanem accedere consueuerunt.* Sed & Lacedæmonij inter primas solēnitates habuerunt. Herodotus lib. 9. Καὶ γὰρ δὴ Λακεδαιμόνιοι ὥρταζον τε τότον τὸν χρόνον, καὶ σφι ἦν Υακίνθια πρὸ πολλοῦ δὴ ἦγον τὰ δὲ θεῷ πρεπώδη. *Agebant autem per id tempus Lacedæmonij solennia, quæ vocantur Hyacinthia: quæ festa Dei celebrare plurimi faciebant.* Ouidius 10. Metamorphos. ad hanc solennitatem respexit:

Nec genuisse pudet Spartem Hyacinthon, honosq;
Durat in hoc æui, celebrandaq; more priorum
Annua prælatâ redeunt Hyacinthia pompâ.

Pompam verò à Didymo Grammatico, & Polycrate Lacedæmonio copiosè descriptam nobis exhibet Athenæus libro 4. paginâ 139. editionis Casaubonianæ; quo lectorē huius rei curiosum remitto. Illud obiter indicandum, tres celebritatis fuisse dies; quorum primus luctu; duo

duo reliqui vario genere spectaculorum occupabantur. Hinc etiam apud Herodotum lib. 9. reprehenduntur, quod ne difficillimis Græciæ temporibus id genus oblectamēti omitterent.

Τ Σ Τ Η Ρ Ι Α.

ARgiui festum Veneri diem egerunt, & à sue, quam immolabant, Τσήρια nuncuparunt. Athenæus libro 3. Α'ργεῖοι Α'φροδίτῃ ὗς θύουσι, καὶ ἡ ἑορτὴ καλεῖται Τσήρια. *Veneri sues Argiui immolant, & Τσήρια dies festus appellatur.*

ΧΑΡΜΟ'ΣΥΝΑ.

HEsychius: Χαρμόσυνα ἑορτὴ Α'θηνήσι. *Charmosyna, festum Athenis.* Cuius Dei nondum mihi compertū. Ex nomine videtur fuisse lætitiæ consecratum. Et Plutarchus non obscurè significat in libro de Iside, & Osiride: Ε'γὼ δέ, εἰ μὲν Αἰγύπτιόν ἐστι τ' ὄνομα Σαράπιδος, οἶμαι δηλοῦν αὐτὸ τὸ χαρμοσύνου, καὶ Χαρμοσύνου, τεκμηρόμενος ὅτι τὴν ἑορτὴν Αἰγύπτιοι τὰ Χαρμόσυνα Σαίρεια καλοῦσιν. *Ego autem siquidem Aegyptia vox est Serapis, gaudium eā, & lætitiam significari censeo, hoc adductus argumento, quod Charmosyna, id est festum lætitiæ diem Sarei appellant Aegyptij.*

XAPIΛΑ.

INter Ἐναετηρίδας Delphorum Charila censetur: cuius hanc tradit originē Plutarchus in Quæstionibus Græcis: Λιμὸς ἐξ ἀυχμοῦ σὺν Δελφοῖς κατέσχε, καὶ πρὸς τὰς θύρας τοῦ βασιλέως ἐλθόντες μετὰ τέκνων, καὶ γυναικῶν ἱκέτευον· ὁ δὲ τῶν ἀλφίτων, καὶ τῶν χερσόπων μεταδίδοι τοῖς γνωριμωτέροις αὐτῶν· οὐ γὰρ ἦν ἱκανὰ πᾶσιν· ἐλθούσης δὲ παιδὸς ἔτι μικρᾶς ὀρφανῆς γονέων, καὶ προσλιπαρούσης, ἐρράπισεν αὐτὴν ὑποδήματι, καὶ τῷ προσώπῳ τὸ ὑπόδημα προσέρριψεν. ἡ δὲ πενιχρά τις ἦσα, καὶ ἔρημος, οὐκ ἀγλυνής ἦς τὸ ἦθος, σκυτοδὼν γλωμῦν, καὶ λύσασα τὴν ζώνην, ἀνήρτησεν ἑαυτήν· ἀπιτεινόντος δὲ τοῦ λιμοῦ, καὶ νοσημάτων προσγλωμῦν, ἀνεῖλεν ἡ Πυθία τῷ βασιλεῖ Χαρίλαν ἱλάσκεσθαι παρθένον αὐτοθάνατον· μόλις δὲ αὐθρόντες ὅλης τὄνομα ἦτο λεῖ τῇ ῥαπισθείσῃ παιδί, μεμιγμένῃ τινὰ καθαρμῷ θυσίαν ἀπετέλεσαν, λεῖ ἀπιτελῶσιν ἔτι καὶ νῦν δι' ἐννέα ἐτῶν. προκάθηται μὲν γὰρ ὁ βασιλεὺς τῶν ἀλφίτων, καὶ τῶν χερσόπων ἀπιδιδοὺς πᾶσι, καὶ ξένοις, καὶ πολίταις· (νομίζεται δὲ τὸ Χαρίλας παιδικὸν εἴδωλον) ὅταν δὲ πάντες λάβωσιν, ὁ μὲν βασιλεὺς ῥαπίζει τῷ ὑποδήματι τὸ εἴδωλον, ἡ δὲ τῶν Θυιάδων Ἀρχηγὸς ἀραμένη νομίζῃ πρός τινα τόπον Φαραγγώδη, κακεῖ χοινίον πεπιάσαντες τῷ τραχήλῳ τοῦ εἰδώλου κατορύττουσιν ὅπου τὴν Χαρίλαν ἐπαγξαμένην ἔθαψαν. *Fame ob anni siccitatem urgente, Delphos cum liberis & uxoribus ciues ad fores Regis supplices*

plices

plices venerunt. Is farinâ, & leguminibus notiores sibi (non enim omnibus sufficiebat) impertiuit. Puella autem paruula cùm accederet orba parentibus, & instaret petendo, calceo malam eius percussit, calceumq; in faciem eius coniecit. Hæc vt erat animo minimè abiecto, pauper alioquin, & deserta, è medio se subduxit, cinguloq; soluto fauces illigans sese suspendit. Tum crescente penuriâ, & morbis accedentibus, Pythia Regi respondit, placandos esse manes Charilæ Virginis, quæ ipsa sibi mortem consciuisset. Vix tandē inuestigantes id nomen puellæ, quæ alapā accepisset, fuisse; peculiare quoddam sacrificium peregerunt, quod etiamnum nono quouis anno fit. Præsidet Rex, & farinam leguminaq; impertit omnibus, & peregrinis, & ciuibus. Infertur puerile simulachrum Charilæ. Postquam omnibus datum fuit, Rex id calceo ferit: quæ autem Thyadum est princeps, simulachrum ad confragosum defert locum, ibiq; collum simulachri fune cingentes id defodiunt, vbi olim Charila sepulta fuerat.

X O Ε Σ.

CHoa, Chus, & Choeus, mensura liquidorum, continens, vt quidam volunt, sextarios octo; vel vt alij, tantùm sex. Fannius de sextario agens:

Qui quater assumptus fit graio nomine Chœnix;

Adde

Adde duos Chus fit, vulgo qui est congius idem. Ab hac mensura festi appellatio fluxit. Harpocration: χόες· Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ ὀνόματος, ἑορτή τις παρ' Ἀθηναίοις ἀγομένη Ἀνθεστηριῶνος δωδεκάτῃ. *Choes: Demosthenes in oratione de nomine: festum ab Athenien sibus agi solitum duodecimâ Anthesterionis.* Alij tamen decimâ Anthesterionis; alij octauâ Pyanepsionis celebratum memorãt. Comici Scholiastes in Acharn. Ἑορτὴ τῶν χοῶν, ἐπετελεῖτο Πυανεψιῶνος, ὀγδόῃ, οἱ δὲ Ἀνθεστηριῶνος δεκάτῃ. Solennitatis institutionem enarrat idem Author ad Equites: χοῦς μέτρον ἀττικὸν χορῶν κοτύλας ὄχλῳ· ἔστι δὲ ἑορτὴ Ἀθήνησι· κέκληται δὲ ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας. Ὀρέστης μετὰ τὴν ἀναίρεσιν, ἦκεν εἰς Ἀθήνας πρὸς τὸν Πανδίονα συγγνώμης τυχεῖν, ὃς ἔτυχε τότε βασιλεύων τῶν Ἀθηναίων· καὶ αὐτὸν κατέλαβεν οἰκίαν ἰδίᾳ δημοτελῆ ποιεῖσθαι· ὁ γοῦν Πανδίων πρὸς ἑαυτὸν μεταπέμψασθαι τὸν Ὀρέστην αἰδούμενος· κοινωνῆσαι δὲ πότου, καὶ τραπέζης ἀσεβὲς ἡγησάμενος, μὴ καθαρθέντος αὐτοῦ τὸν φόνον· ὡς οὐ μὴ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ κρατῆρος οἶνον ἐκπώσῃ τῶν κεκλημένων παρέθηκε χοῦν. *Chus mensura Attica octo cotylarum capax. Et etiam festum Athenis nomen obtinuit ex hac causa. Orestes ob matris cædem venit Athenas ad Pandionem sibi cognatum: quitum Athenien sibus imperabat. Offendit illum publicè epulas exhibentem. Igitur Pandion reueritus Orestem demittere; communicare verò potu, & mensâ impium arbitratus, quod à cæde nõ esset expiatus;*

ne

ne ex eodem cratere biberent, vnicuique conuiuarum Chun siue cõgium apposuit. Idem ad Achaïn. Ὀρέστης μετὰ τὸν φόνον ἐς Ἀθήνας ἀφικόμενος (ἦν δὲ ἑορτὴ Διονύσου Λιμναίου) ὡς μὴ γνοίατο σφίσιν ὁμόσπονδος, ἀπεκρύπτετο τὴν μητέρα, ἐμηχανήσατο τοιόνδε τι Παλλάντιον. χοᾶ οἶνον τοῖς δαιτυμόσιν ἑκάστῳ παρασήσας, ἐξ αὐτοῦ πίνειν ἐκέλευσε, μηδὲν ἀπομιγνύντας ἀλλήλοις, ὡς μήτε ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ χρατῆρος πίοι Ὀρέστης, μήτε ἐκεῖνος ἄχθοιτο καθ' αὑτὸν πίνων μόνος· ἀφ' ἑκείνης Ἀθηναίοις ἑορτὴ ἐνομίσθη οἱ Χόες *Orestes post cædem matris Athenas venit (erat autem festum Bacchi Lenæi) & ne fieret ipsis libaminum consors, qui matrem interfecisset; tale quid excogitauit Pandion. Cõgium vini conuiuarum vnicuiq; apposuit, è quo biberent, nihil inter se commune habentes; vt ex eodem scypho non biberet Orestes; nec tamen ægrè ferret se bibere solitarium. Ex eo Athenienſibus institutum festum Choes.* Atque hinc etiam adagij formula manasse videtur, quâ mensa minus familiaris, & hilaræ communicationis exsors Orestis cõuiuio æquiparatur. Plutarchus initio conuiualium quæstionum, de mensâ taciturnâ: Εἰ μὲν ἦν ὥσπερ οἱ τὸν Ὀρέστην ἑστιῶντες ἐνθέσμῳ σιωπῇ τραπέζῃ, καὶ πίνειν ἐμέλλομεν, ἦν δὲ ξένη τις ἀμαθία τὸν ἀτυχῆ παραμύθιον *Quod si tanquam Orestem conuiuio excipientes, iussa legibus silentio edemus, & bibemus, esset non infelix insciti æ nostræ remedium.* Et rursus 2. Sympos. Quæst. 10. Ὥσπερ οἱ Δημοφυλίδαι

δαι τῷ Ὀρέστῃ λέγοντας πίνειν κελεύσαι μὴ προσέχοντα τοῖς ἄλλοις ἢ ἔστο, ὅπερ νῦν γίνεται κρέας προτίθεμενον, ἢ ἄρτον, ὥσπερ ἐκ φάτνης ἰδίας ἕκαστον δωκεῖας; πλὴν ὅτι μὴ προσκείται σιωπῆς ἡμῖν ἀνάγκη καθάπερ τοῖς τ' Ὀρέστῃ ξενίζουσιν. *Vt Demophontidæ Orestem ferunt cœna excepisse, iubentes prose bibere, neque obseruare alios, quamid, quod hodie fit, vt quisque sibi proposito pane, & carne tanquam ex proprio præsepi vescatur? Nisi quod nobis non incumbit necessitas tacendi, vt Orestem cōuiuio excipientibus.* Verùm vt ad institutum reuertar, festi celebritas in certamine bibendi potissimum cernebatur. Bibebant autem ad tubæ sonitum, & insistētes vtri, qui in præmium victori cedebat. Aristophanes in Acharnan.

Ἀκούετε λέω χῇ τὰ πάτρια τὰς Χόας
Πίνειν ἅμα τῇ σάλπιγγι· ὃς δ' ἂν σκπίῃ
Πρῶτος, ἀσκὸν Κτησιφῶντος λήψεται.
Audi Populc, more patrio Choas
Bibere ad tubam: qui verò ebiberit
Primus, vtrem Ctesiphontis accipiet.

Verba sunt Præconis, qui obiter perstringit Ctesiphontem vt obesum nimis, & προγάστορα. Atque ad hunc locum Scholiastes: Ἔλεγε δὲ ἀσκὸς πεφυσημένος ἐν τῇ τῶν χοῶν ἑορτῇ· ἐφ' ᾧ οὖν πίνοντας πρὸς ἀγῶνα ἰσχύειν, τὸν πρῶτον πίνοντα, ὡς νικήσαντα λαμβάνειν ἀσκόν· ἔπινον δὲ μέτρον τι οἷον χοᾶ. *Vtris inflatus statuebatur in festo Choarum; in quo biben-*

bibentes ad certamen stabant; quiq; primus bibisset, vt victor, vtrem accipiebat. bibebant autem mensuram, qualis est Chus. At Ælianus libro 2. capite 41. eum, qui plus bibisset, aureâ coronâ donari solitũ refert: Καὶ ἐν Διονύσῳ ἢ τῇ τ χοῶν ἑορτῇ προὔκειτο ἆθλον τῷ πίνοντι πλέον, στέφανος χρυσοῦς, ὃ ἐνίκησε Ξενοκράτης ὁ Χαλκηδόνιος. *In Bacchi festo, quod Choas vocant, præmium ei, qui plus bibisset, aurea corona proponitur, quam meritus est Xenocrates Chalcedonius.* Victorem autem pronunciabat Rex. Aristophanes:

Ὡς σοῦ κριτὰς μὲ ἐκφέρετε· ποῦ ἐστιν ὁ βασιλεύς;
Ἀπόδοτέ μοι τὸν ἀσκόν.
Ad Iudices me efferte: vbi est Rex?
Reddite mihi vtrem.

Scholiastes: Δηλοῖ ὡς τὴν ἐπιμέλειαν ὁ βασιλεὺς εἶχε τ ἀμίλλης τ χοὸς, καὶ τὸ ἆθλον ἐδίδα τῷ νικήσαντι τὸν ἀσκόν. *Ostendit curam certaminis in Choïs gessisse Regem, præmiumq; dedisse victori vtrem.*

ΧΥΤΡΟΙ.

Χύτροις, Latinè dixeris ollare festum, quod instituerunt hi qui cum Deucalione diluuium euaserunt, pietate ducti erga mortuos. quibus Deos inferos, maximeque Mercurium propitium volebant:

Commune profundis

Et

Et ſuperis numen, qui fas per limen vtrumq;
Solus habet, geminoq; facit commercia mundo.

Comici Scholiaſtes ad Acharnan. Θεόπομπος τὰς ἀφαυσθέντας ὑπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐψῆσαί φησι χύτρας πανσπερμίας, ὅθεν οὕτω κληθῆναι τὴν ἑορτήν, καὶ θύειν τοῖς χθονίοις Ἑρμῇ χθονίῳ· τοὺς δὲ χύτρας οὐδένα γεύσασθαι. ἔστι δὲ ποιῆσαι σὺν πολλοῖς ἀφαυσθέντας ἱλασκεσθῆναι τὸν Ἑρμῆν, καὶ πολλῶν ἀποθανόντων. *Theopompus ait ſaluos ex diluuio, in ollis omne genus ſeminum coxiſſe; indeq; feſto nomen ab ollâ tributum: ſacrificare Mercurio terreſtri: ex ollâ neminem guſtare. Hoc autem feciſſe ſuperſtites è diluuio, vt Mercurium mortuis propitium redderent.* Hunc enim, vt author eſt Plutarchus in Quæſtionibus Græcis, exiſtimabant mortuorum animas excipere. Igitur ſolennitas in gratiam mortuorum inducta: quamobrem inferis ſacrificia deſtinabātur, nec vlli ſuperorum litabatur. Idem Scholiaſtes ad Ranas: Ἔπειτα θύειν αὐτοῖς ἔθος ἦν μὴ Ὀλυμπίων θεῶν οὐδενὶ τὸ παράπαν· Ἑρμῇ δὲ χθονίῳ· καὶ τὰς χύτρας ἅπαντες ἔψουσι τὴν πόλιν, οὐδεὶς γεύεται τῶν ἱερέων. *Deinde ſacrificare ipſis mos erat, Olympiorum quidem Deorum nemini omnino: Mercurio autem terreſtri. Et ollam, quam per ciuitatem omnes coquunt, nullus ſacerdotum guſtat.* Omnes equidem authores conſentiunt, Mercurio præcipuè litatum, ſed & Bacchi feſtum fuiſſe produnt. & apud Ariſtophanem Bacchus ait:

Η νὴ τὸν

Ἡνίχ' ἱεροῖσι χύτροισιν
Χωρεῖ κατ' ἐμὸν τέμενος λαῶν ὄχλος.
Quando per sacra Chytrorum
Procedit ad meum templū populorum turba.

Scholiastes: χύτροι ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις γινομένη τῷ Διονύσῳ. Suidas etiam eodem die celebrari tradit quo Choes: Ἐν μιᾷ δὲ ἡμέρᾳ ἤγοντο οἵτε χύτροι, καὶ οἱ χόες. Sed fallitur: nam Choes agebantur duodecimâ Anthesterionis: At Chytri tertia-decimâ eiusdem mensis. Harpocration: Ἤγετο δὲ ἡ ἑορτὴ Ἀνθεστηριῶνος τρίτῃ ἐπὶ δέκα, ὡς φησι Φιλόχορος ἐν τῷ περὶ ἑορτῶν. *Agebatur hoc festum Anthesterionis tertiâ decimâ, vt ait Philochorus in libro de Festis.* Idque Scholiastes Aristophanis est secutus; & ipse Suidas exscripsit, quasi oblitus eorum, quæ priùs annotarat. Præterea Chytros multo scenicorum artificum apparatu fuisse celebres, argumento est quod apud Athenæum libro 4. Hippolochus, Ληναια, καὶ χύτρους θεωρεῖν, *Lenæa, & Chytros spectare*, ponat inter præcipua oblectamenta, quibus Ciues in vrbe fruerentur.

FINIS.

SYLLABVS FESTORVM

QVÆ IN HOC OPERE EXPLICANTVR.

A.

Agrionia. 1.
Adonia. 3.
Halia. 10.
Haloa. 11
Amphidromia. 13
Anaceia. 16.
Antheſteria. 20.
Antheſphoria. 22.
Apaturia. 23.
Arrephoria. 32.
Arcadicum feſtum. 35.
Artemiſia. 37.
Aſclepia. 38
Aſcolia. ibid.

B.

Bendideia. 41
Boedromia. 42
Buphonia. 44
Brauronia. 47.

Γ.

Gamelia. 52

Δ.

Dædaleia. 55.
Daphnephoria. 56.
Delia. 60.
Diaſia. 72.
Diipoleia. 74.
Dionyſia. 75.
Διὸς βάσ. 103.

E.

Eireſione. 103.
Ἐκαλήσια. 108.
Ἐκατήσια. 109.
Elaphobolia. 115.
Eleuſinia. 116.
Ἐλευθερία. 147.
Ἐλαία. 148.
Ἑρμαία. 150.
Erotidia. 153.
Ἑταιρίδια. 154.
Epheſia. 155.

H.

Ἥραια. 157.
Ἡροσύνη. 160.
Ἡρόχια. ibid.
Ἥρως. ibid.

Θ.

Θαλύσια. 161.
Θαργήλια. 162.
Θεογάμια. 165.
Θεοξένια. ibid.
Θεοφάνεια. 167.
Θεσμοφόρια. ibid.

Θή-

Θήσια. 174.

I.

Ilieia. 176.
Inachia. ibid.
Inynia. ibid.
Iſeia. 177.
Iſſoria. ibid.

K.

Kabbera. 177.
Kalaædia. 178.
Kanephoria. ibid.
Karneia. 180.
Karyatis. 184.
Kotyttia. ibid.
Kronia. 186.
Kyberneſia. 188.

Λ.

Lampadephoriæ. 188.
Lyſandria. 193.

M.

Megalartia. 194.
Molia. ibid.

N.

Necyſia. 196.
Nemeſeia. 195
Neænia. 197.

Ξ.

Xanthica. 197.
Ξυνοίκια. 198.

O.

Oſchophoria. 199.

Π.

Panathenæa. 205.
Pancladia. 212.
Pandia. ibid.
Panionia. 213.
Pithægia. 215.
Plynteria. 217.
Pyanepſia. 220.

P.

Ῥᾴδου ἀνάληψις. 222.

Σ.

Sacæa. 223.
Saronia. 224.
Septerion. ibid.
Scirophoria. 225.
Stenia. 230.

T.

Τεσσαρακοστή. 230.

Y.

Υακίνθια. 231.
Υήρια. 233.

X.

Χαρμόσυνα. 233.
Χαρίλα. 234.
Χόες. 235.
Χύτροι. 239.

AVTHORVM NOMINA

QVI IN HOC OPERE CITANTVR AVT EXPLICANTVR AVT EMENDANTVR.

A.

Aelianus.
Æschylus.
Æschines.
Ammianus Marcellin.
Andocydes.
Androtion.
Andreas Schottus.
Angelus Politianus.
Apollodorus.
Apuleius.
Aristides.
Aristophanes.
Aristoteles.
Arnobius.
Athenagoras.
Athenæus.
D. Augustinus.
Aulus Gellius.

C.

Casaubonus.
Charax.
Cicero.
Clemens Alexandrinus.
Cornelius Tacitus.

D.

Demosthenes.
Digesta Iustiniani.
Dio.
Diodorus Siculus.
Diogenes Laërtius.
Diogenianus.
Duris.

E.

Etymologicum magnum.
Eustathius Archiepiscopus Thessal.
Euenus.
Euripides.
Eusebius.

F.

Festus.
Firmicus de errore profanarum relig.
Florens Tertullian.

G.

D. Greg. Nazianzen.

Gru-

Gruteri inſcriptiones.
Gyraldus.
H.
Harpocration.
Hegeſander.
Hephæſtio.
Herodotus.
Heſychius.
Heſiodus.
Hippocrates.
Homerus.
Horatius.
I.
Ioannes Meurſius.
Ioannes Tzetzes.
Ioſephus Scaliger.
Iſaacus Tzetzes.
Iſæus.
Iſocrates.
Iul. Hyginus.
Iuuenalis.
L.
Lactantius.
Lexicon vetus.
Liuius.
Lucretius.
Lycophron.
M.
Macrobius.
Mela.
Minutius.
Moſchus.
N.
Nicander.
Nonnus.
O.
Orpheus.
Ouidius.
P.
Papinius Statius.
Pauſanias.
Petronius.
Philochorus.
Philyllius.
Phornutus.
Plato.
Plautus.
Plinius.
Plutarchus.
Pollux.
Proclus in Timæum Platonis.
Proclus in Heſiodum.

S.

Scholiastæ
- Nicandri.
- Lycophron.
- Æschyli.
- Sophoclis.
- Pindari.
- Thucydidis.
- Demosthen.
- Euripidis.
- Aristophan.
- Callimachi.
- Apollonij Rhodij.
- Hesiodi.
- Homeri.
- Theocriti.

Seneca Tragicus.
Seruius in Virgilium.
Sophocles.
Stephanus de vrbib.
Strabo.
Suetonius.
Suidas.
Synesius.

T.

Tertullianus.
Theocritus.
Theodoretus.
Theophrastus.
Theopompus.
Thucydides.

V.

Val. Catullus.
Valerius Flaccus.
Valerius Maximus.
Varro.
Virgilius.
Vlpianus in Demosthenem.

X.

Xenophon.
Xenophon Ephesius.

DE

DE MENSIBVS ATTICIS.

QVi Græcos authores Latino sermone descripserunt, dum Atticorũ mensium nominibus Romana aptare conantur, neque inter se, aut cum aliis, neque secum adeo singuli conueniunt. Quod qui mihi nõ credit, facilè, si Græca cum Latinis conferre velit, verum esse deprehenderet. Ego qui rem plurimum habere controuersiæ, minimeque explicatus faciles scirem, id sum secutus, quod & tutissimum erat, &, ni fallor, rectissimum. Reliqui ipsa Græca mensium nomina, ita vt lector in iis vertendis, & ad Romanum morem exprimendis, eum sequi potissimum interpretem, atque authorem posset, quem vellet. Quo fiebat, vt neque ego interponere sententiam in re apud doctos controuersa opus haberem; & lector nullo negotio, quid quisque scripsisset, videret. At quia plerique Gazæ (cuius aureolus extat de mensibus liber) sententiam, vt hominis doctissimi, & accuratis-

simæ diligentiæ, sequuntur. priusquam de singulis dicam, omnes ordine vulgato recensebo, comparatis inter se ex eius authoris opinione nominibus.

Ianuarius,	Γαμηλιών.
Februarius,	Ἐλαφοβολιών.
Martius,	Μουνυχιών.
Aprilis,	Θαργηλιών.
Maius,	Σκιροφοριών.
Iunius,	Ἑκατομβαιών.
Iulius,	Μεταγειτνιών.
Augustus,	Βοηδρομιών.
September,	Μαιμακτηριών.
October,	Πυανεψιών.
Nouember,	Ἀνθεστηριών.
December,	Ποσιδεών.

Γαμηλιών ergo Ianuarius est Gazę. Iam illud primò omnium satis est verbo attigisse, quod extra omnem controuersiam est positum; tametsi & Romani, & Græci suos menses à nouilunio seu coniunctione solis, & lunæ auspicarentur, tamen inter se iis minimè conuenisse, vt ne si constaret quidem de ordine omnium, vtrimq; tamen præcisè inter se componi, compariq; possent. In causâ fuisse, cùm alia, tum astronomicarum rationum ignorationem, atque incertitudinem liquet; quam intercalandi etiam importunitate haud rarò auctam apparet. Verùm

rùm hæc aliò pertinent. Sanè in Romulo Plutarchus (nam eum potissimùm suis ipsius verbis explicandum puto) affirmat nihil conuenire inter Græcorum & Romanorum nouilunia: vbi Romæ natalem, qui in ipsum trigesimum mensis diem inciderit, celebrari à Romanis A.D.XI.Kal.Maij ostendit. Atque idem in Aristide de Plataicæ pugnæ die loquens, fatetur; quanquam suo tempore accuratiùs cœlestium corporum motus supputarentur, tamen alios aliter menses inchoare suos. Suidas, nescio quo authore Γαμηλιῶνα quoq; Ianuarium interpretatur. Γάμος nuptias significat. Nuptiis autem præesse creditum fuit Iunonem. Id quod Epitheta eius varia, apud Græcos, & Latinos (quæ huc congerere nolo, & maxima eorum pars apud Iulianum & Gyraldum legi potest) demonstrant. Inter alia etiam Γαμηλία à nuptiis dicta est; quibus eam præesse Cecrops Athenis docuit, coliqué eo nomine: & mensem, quo ei sacrificaretur, Gamelionem appellari voluit. Eustathius Iliad.Σ.

Februarius Ἐλαφοβολιών ex authoritate Gazæ creditur. Ἔλαφος ceruus est, βολή, ictus, vel coniectus. Cæterùm apud Homerum Ἐλαφηβόλος pro Venatore quoque dicitur, species pro genere, Iliad.18.

ὥστε λὶς ἐυγλύκεος,

Ὥρᾳθ'

Ἅρμα δ' ἐστὶ σκύμνους ἐλαφήβολος ἀρτέμιδι ἀνήρ.

Elaphebolia sacrificia in Venatricis Dianæ honorem peragi solita referunt Græci Grammatici, quo tempore non inuenio. Laudo autem Gazæ solertiam, qui hybernum esse mensem, & quidem Gamelione posteriorem, priorem Munychione demonstrauit.

Sequitur Μουνιχιών, Martio adsignatus mensis. Hunc in Plutarchi Theseo Ianuarium vertit Lapus, & Donatus Acciaolus in Demetrio: Guarinus in Lysandro Martium. Munychia pars est Athenarum maritima, satis celebrata in historiis: describitur etiam à Strabone lib. 9. Idem Munychiæ Dianæ meminit, quæ Pygelæ (vrbs est Ionica, non procul Ephesо) coleretur. Fuisse eam cultam Athenis, & nimirum à loco id nominis, aut contra, sortitam, patet ex Atticis Pausaniæ, & iis quæ sunt apud Gyraldum. Esse autem Martium, aut ei proximè respondere, æquinoctij etiam ratione Gaza demonstrauit. Et quidem Varinus in Lexico suo annotauit; Μουνιχιών, ὁ δέκατος μὴν παρ' Ἀθηναίοις οὕτω καλεῖται. Est autem Martius decimus à Iunio, à quo incepisse ordinem, (quippe à solstitio æstiuo) mensium, ipsumque adeo annum, perspicuè docuit Theodorus. Existimo autem hoc Varinum, ex Suida (vt pleraque) aut vtrumque

que eodem ex libro descripsisse. Nam quod apud Suidam δὶ δεκατ῀ legitur, non δίκατ῀, Librarij mendum est.

Proximus est Aprilis, cui respondet Θαργηλιών. Hunc in Timoleonte Maium Tudertinus, Donatus in Demetrio Martium transtulit. Sacrum fuisse Apollini, & Dianæ, vtpote natalem eorum, ac tum lustrari Athenas consueuisse, & Thargelia celebrata; quibus sacris primitiæ eorum fructuum, quos iam terra à sole iterum elato calefacta (nam θέρ῀ calorem, γῆ terram significat: quæ videatur vocis origo fuisse) ediderit, consecrarentur in ollâ concoctæ, quæ θαργηλ῀ dicatur: hæc inquam & multa alia, apud Laërtium in Socrate, Suidã, Hesychium, Varinum, & alios sunt in promptu. Scribit Plutarchus in Camillo, vbi de diebus nefastis disputat, Troiam captam fuisse circa 24. Thargelionis: authoresq; huius historiæ laudat Ephorum, Callisthenem, Damasten, Phylarchum. Adscribam etiam Dionysij Halicarnassei verba, sed Latina, eandem rem continentia: *Troia*, inquit, *capta est sub finem æstatis, septemdecim diebus ante solstitium æstiuum, vigesimotertio die mensis Thargelionis, vt quidem Athenienses tempus solent supputare. Restabant adhuc viginti post solstitium dies, ad explendum istum annum. Ergo harum 37. dierum spacio, quæ à captâ Troiâ vsque*

vsque ad anni finem effluxerunt, existimo Achæos, & res vrbanas transegisse, & legatos eorum, qui defecerant, accepisse, & fœdus cum iis iniisse. Torsit hic Dionysij locus Gazam haud leuiter: accepit enim hæc verba ita, vt qui ab eo, aut Ephoro potius, vnde hoc sit mutuatus, Hecatombæoni, mensi solstitiali proximè antecedere Thargelionem (quasi diceres Aprilem Iunio) omisso, qui inter eos medius, Scirophorione, affirmari putaret. Itaque omisso Dionysio, de Ephoro ita disputat, vt vel eum lapsum incuriâ pro Scirophorione scripsisse Thargelionа, vel libros ipsius à Librario inerti fuisse corruptos iudicet. Quam satisfaciat aliis Gaza nō laboro: mihi quidem nequaquam satisfacit. Si quæcumque statim non assequimur in bonorum scriptorum libris, ea incuriæ eorum imputabimus: quid iam non conuelletur, tot sciolorum examinibus circumuolitantibus? Aut qualis tandem fuisse existimabitur Ephorus, qui in mensium nominibus, & ratione temporum describendâ, ita extra se (quod suspicatur Gaza) abripi se pateretur? Nam quod ei σφάλμα in Iberiæ homonymo vocabulo objicitur; longè aliud est falli ambiguitate, quam labi oscitantiâ, & in scribendo οὐκ ἐντὸς εἶναι ἑαυτοῦ ne dicam fieri potuisse, vt Dionysius ex alio scriptore, ac non ex Ephoro, hoc desumpserit, cui hoc

hoc modo iniuria fiat. Denique si tantam negligentiam Ephoro rectè objicit Gaza, quid Dionysio fiet, qui id non senserit, sed cæcus cæcum sit secutus? Quid Plutarcho? scriptoribus plerumque abūdè accuratis? nam locus, quem ex Plutarcho citaui, omnino id, quod de librario queri possemus, amolitur: & cum disertè ibi de iis quæ Barbari mense Thargelione acceperint incommoda scribitur, tum Ephoro alij tres testes apponuntur. Nisi fortassis & cōspirasse in hanc corrumpendam historiam librarios omnes omnium ætatum, & scriptorum opinabimur, & συνολιμῶον esse, quod de Ilio capto inter alia ibi refert Plutarchus: quorum neutrum persuaderi potuisse Gazę persuasum habeo. Iam vt conemur locum Dionysij explicare, mirari satis nequeo, quid in mentem venerit iis, qui ex his verbis colligere voluerunt, Thargelionem Hecatombęoni contiguum indicari. Equidem disertè Dionysius dixit, triginta septem diebus ante noui anni initium captam esse Troiam. Quod si ergo Thargelioni (cuius die 23. ea capta fuisse hic perhibetur; si Atticam mensium seriem, & rationem sequamur) de his tribuas septem, nonne triginta adhuc pro Scirophorione mense dies restabunt, & annus insequens à prima Hecatombęonis initium sumet? Hæc est, nisi vehemēter φιλονεικεῖν,

κεῖν, & nodum in scirpo quærere pergamus, apertissima, & simplicissima Dionysij verborũ sententia: & quidem facilè eam ex tam claris verbis, mediocriter attentus homo, & non ineruditus eruerit. Atque haud scio, an omnes, quibus hactenus scrupulum hic locus iniecit, meam opinionem sint amplexuri: quæ neque Thargelionem loco mouet, neque Scirophorionem, neque omnino in illam incurrit absurditatem, aut insolentiam. Quod si quos perturbat id quod septemdecim ante solstitium diebus capta Troia dicitur: cogitent non eum diem octauum præcipitis, seu decrescentis (φθίνοντος) Thargelionis à Dionysio appellari, (quũ sit 14 Scirophorionis, siquidẽ Kal. Hecatombæonis in solstitium competerent) sed indicari errorem illius temporis hominum in ordinandis mensibus. Nam ratione anni, non solstitij, dies captæ Troiæ Attico more ab eo dicitur, id quod est 23. Thargelionis. Solstitium autem eo anno, non in plenilunium Hecatombæonis, verùm in decimum Scirophorionis incidisse monet; quanquam non expressè, ita tamen, vt intelligenti satis sit dictum. Eo enim pertinet mentio viginti dierum, qui à solstitio ad complendum annum sequerentur. Hæc ego in medium proponere volui, vt locum Dionysij doctè admodum scriptum, quà explicarem, quà tue-

tuerer; saluo interim eorum honore, qui aliquid verius afferent.

Sequitur Σκιροφοριών, qui sit Maius. σκιὰ, vmbra est; inde σκίρον puto deductum, vt sit vmbraculum, quasi σκιερόν. A Sciris, siue Scirophoriis sacrificiis mensis nomen habet; quibus vmbraculum exarce solenni pompa deferebatur, signumque ædificandi dabatur. Vt breuis sim, te ad Scholiasten Aristophanis remitto; qui initio ἐκκλησιαζουσῶν, eiusdem deinde verbis Suidas rem totam explanat. Mensem hūc proximum ante Hecatombæonem fuisse, diserte in Agesilao Plutarchus docuit.

Ἑκατομβαιών ergo Iunio conferatur, nomen à sacrificiis maioribus habens. Solstitium æstiuum in hunc incidisse, primumque Atticorum mensium fuisse Gaza demonstrauit. Lapus in Theseo & Maium vertit, & Aprilem: Guarinus in Alexandro Augustum: quàm rectè satis liquet. Plutarchus in Theseo ostēdit Cronium, id est Saturnalem, antiquitus dictum fuisse, Hippodromium Bœotis, Macedonibus Loum: hoc in Alexandro, illud in Camillo indicat.

Subiungit huic Gaza Μεταγειτνιῶνα: quem nos Quintili siue Iulio conciliemus. Carnium Syracusani, Panemum Bœoti appellabant, vt in Nicia, & Camillo Plutarchus refert. Maium Aretinus transtulit in Demosthenis vitâ. Wolfius

fius Gazam est secutus. Certè Plutarchus hũc videtur Septembri, non iusto comparasse: nisi locus in Poplicola de Capitolij dedicatione sit deprauatus; quod non video quâ sit factum occasione: & verò errasse in hac re, aut deceptum fuisse Plutarchum non facilè crediderim. Idus quidem Septembris ibi plenilunio Metagitnionis tribuuntur. Metagitnia Apollinis sacra mensem denominarunt, vt Suidas scripsit.

Proximus huic Βοηδρομιών, qui Sextili, siue Augusto respondeat. Est autem βοηδρομεῖν, cum clamore, & festinatione ad auxilia accurrere; hinc sacrum Boedromia; de quibus Plutarchus in Theseo, Suidas, & alij. Lapus Iunium vertit in Theseo; in Phocione Nouembrem extulit; vt etiam Guarinus in Alexandro; Donatus in Demetrio. Hunc quidem mensem fuisse Metagitnioni contiguum, ex Plutarchi Aristide colligitur, vbi de pugnæ Plataicæ tempore loquitur.

Subit huic Μαιμακτηριών, quem à Bęotis Alalcomenium dictum Plutarchus ibidem docuit: & conjici eo ex loco potest Boedromioni eum succesisse. Opponitur nostro Septembri. Μαιμᾶν, impetum dare est. Sed Iouem Mæmacten, cui sacra tum Mæmacteria perageretur, videntur non impetuosum tantum ob tempestates,

tes, sed & lustralem, seu placando aptum exponere Græci: quod hic non moror. Quintum hunc Athenienſium menſem Suidas, & Ianuarium esse annotauit. Idemque habet Varinus: quorum neutrum cum Gazæ opinione conuenit. imò si quintus sit, nullo modo Ianuarius esse possit. Arrianus libro 2. de expeditione Alexandri, hoc menſe scribit victum ab Alexandro Darium Issicâ pugnâ: quam finitâ æstate, & iam incipiente autumno commissam fuisse à veritate non videtur alienum.

Secundum hunc ponitur, qui ad Octobrem noſtrum quadret, πυανεψιών. sic dictus à Pyanepsiis sacris, (πυανέψια etiã dici ea Suidas ex Lycurgi quadam oratione docet) quæ tum Apollini fiebant, coctis, quæ πύανα dicerentur, etiam legumiribus, quasi κυαμέψια, vt annotauit Eustathius in 22. Iliad. Sed consulendus est de hac re in Theseo Plutarchus: vnde colligi potest autumnalem menſem fuisse, frugibus scilicet terræ iam collectis, atque conditis ineuntem. Lapus eo non animaduerso Iulio vertit; itemque in Cicerone Aretinus. Plutarchus porrò in libro de Iside, & Oſiride, docet hunc menſem, quem Athenienſes Pyanepsionem nominant, Bœotorum esse Damatrium, Ægyptiorum Athyr: nimirum circa occasum Pleiadis Cosmicum, id est autumnalem.

Ventum iam est ad Nouembrem, cui à Gaza tribuitur Ἀνθεστηριών: nimirum quod cum singulis aliis videretur suum locum adsignasse, hic vnus de duodecim restans huc competeret, cæteris locis occupatis. Id Gazæ argumentum quam sit validum, non disputo. Valeret quidem, si constaret certò, ea mensium nomina duodecim mensibus, singula singulis quadrare: neque vllum ex mensibus fuisse binominem, aliumque aliquem contrà præteritum. Ego Gazæ sententiâ in medio relictâ, quid alij senserint obiter indicabo. Anthesteria in honorem Bacchi acta satis ex Græcis commentatoribus manifestum est. Neque hîc de iis disputo, multò minus de etymo. nam ex eo velle aliquid certi colligere lubricum est. Reprehēdit enim Gaza Philostratum, quod vernum hunc mensem scribens à floribus (ἄνθος flos, ἀνθεῖν florere est) vocem effictam senserit: & ipse hybernum haud minus commodè inde exponi posse ait, quasi floribus priuantem, ἀπὸ τοῦ ἄνθους, καὶ στερεῖν: vt facilè intelligi possit, si etymon debeat pro argumento ordinandorum mensium recipi, de nullius loco satis nobis cōstitutum. Suidas & alij octauum esse mensem Atticum annotauerunt. Ita non quidem Nouember erit, sed Ianuarius: idem scilicet cum Gamelione. Sane Plutarchus in Sylla de Athe-

nis

nis captis scribens, factum id asserit Martiis Calendis, quæ maximè dies nouilunio, id est principio Anthesterionis, respondeat. Cui adstipulatur Appianus Alexãdrinus, æqualis prope eius, & doctus admodum bonusq; scriptor. Is libro bellorum Ciuilium 2. de cæde C. Iulij Cæsaris verba faciens, hæc ad extremum habet: οὕτω μὲν οὖν Γάϊος Καίσαρ ἐτελεύτησεν ἐν ἡμέραις αἷς καλοῦσιν εἰδοῖς Μαρτίοις, Ἀνθεστηριῶνος μάλιστα μέσας. Duæ postremæ voces in libro impresso desunt, sed leguntur in manuscripto Augustanæ Bibliothecæ codice. *Sic*, inquit, *Caius Iulius Cæsar obiit idibus Martiis, circa medium nempe Anthesterionis*. Hæc si rectè ab iis dicta sunt, vt quidem consentaneum puto, Nouembris porrò Græcum nomen quæramus oportet aliud. Apud Macrobium quoque 1. Saturn. cap. 12. inter vernos menses Anthesterion ponitur, qui sit Aprilis, & à floribus tum se exerentibus dicatur. Hæc igitur ita sunt controuersa. Restat adhuc vnus scrupulus. Plutarchus in fine Arati, Anthesterionem cum Dæsio eundem facit. Idemque Alexandrum magnum vita excessisse sub finem Dæsij docet. Ergo si rectè vtrumque (vt non dubito) scripsit Plutarchus, non rectè faciunt, qui in Iunium mensem obitum Alexandri rejiciunt, eò quòd Suidas Δαίσιον mensem Iunium exponat. Quod

si omnino Macedonum Dæsius, est Iunius: malo tamen Plutarchum sequi, & Dæsium Sicyonorum ab eo diuersum putare.

Postremus in Gazæ serie est ποσιδεών, quasi Neptunum diceres. Hic Posideon Suidæ December est, veluti & Gazæ. Plutarchus in Cæsare, cum quidem solstitium hybernum ei tribuit, Ianuarium interpretatur. quâ in re nihil inest absurdi, quum olim solstitium id in finem Decembris inciderit. Hæc de mensium nominibus volui paucis commemorare. Nam quæ alia sunt nomina, vt Bucatij, Artemisij, Chyac, Thoth, Pharmuthi, hoc loco persequi non statui.

FINIS.

RATIO NVMERANDORVM DIERVM APVD GRÆCOS.

1 Νεμηνία.
2 Δευτέρα
3 Τρίτη
4 Τετάρτη
5 Πέμπτη
6 Ἕκτη
7 Ἑβδόμη
8 Ὀγδόη
9 Ἐνάτη
10 Δεκάτη
11 Πρώτη
12 Δευτέρα
13 Τρίτη
14 Τετάρτη
15 Πέμπτη
16 Ἕκτη
17 Ἑβδόμη
18 Ὀγδόη
19 Ἐνάτη
20 Εἰκὰς, siue Εἰκοστή.

Ἱσταμένου μηνὸς, SIVE, Ἀρχομένου μηνός.

Μεσόντος μηνὸς, SIVE, Ἐπὶ δεκάτῃ, vel δεκάτῃ.

21 Δεκάτη	Φθίνοντος μηνός· vel	Πρώτη	Ἐπὶ εἰκάδι, vel, Μετὰ εἰκάδα.
22 Ἐνάτη		Δευτέρα	
23 Ὀγδόη		Τρίτη	
24 Ἑβδόμη		Τετάρτη	
25 Ἕκτη		Πέμπτη	
26 Πέμπτη		Ἕκτη	
27 Τετάρτη		Ἑβδόμη	
28 Τρίτη		Ὀγδόη	
29 Δευτέρα		Ἐνάτη	
30 Ἕνη καὶ νέα.		Ἕνη, & νέα, siue Τριακάς.	

DE GRAECORVM ET PRÆCIPVE ATHENIENSIVM MENSIBVS ET ANNO.

QVemadmodum Hebrei veteres ad solis, non ad lunæ congressum æquinoctio verno propinquiorem, in anni exordio constituendo respexerunt: ita & Græci Athenienses annum ab ea synodo, quæ solstitio æstiuo quàm proxima fieret, auspicati, menses quoque duodecim, dierum tricenûm & vno pauciorum, alternata dispositione, secũdum lunæ motum æqualem, haud secus atque illi, obseruarunt. Vnde communium annorũ conflati dies trecenteni quinquageni quaterni, tertio vt plurimum anno mensem, Herodoto teste, relinquebant ἐμβόλιμον, id est intercalarem: qui duodenis illis adie-

ctus, annum tanto efficeret longiorem, quo videlicet exacta Enneadecaeteride Metonica, solis ac lunæ coniunctiones ad eosdem dies reuersæ, principium anni non longè admodum à priori suo loco recedere paterentur. Veruntamen aliam intercalandi rationem Græcis olim in vsu fuisse, Macrobius in lib. primo Saturnaliorum tradit, hoc modo: *Cùm*, inquit, *Romani ex distributione Pompilij ad lunæ cursum, sicut Græci, annum proprium computarent, necessariò & intercalarem mensem instituerunt, more Græcorum. Nam & Græci, cum animaduerterent temerè se trecentis quinquaginta quatuor diebus ordinasse annum: quoniam adparet de solis cursu, qui trecentis sexaginta quinque diebus & quadrante zodiacum conficit, deesse anno suo dies vndecim & quadrantem: intercalares statutaratione commẽti sunt, vt octauo quoque anno nonaginta dies, ex quibus treis menses tricenûm dierum composuerunt, intercalarent. Id Græci fecerunt, quoniã erat operosum atque difficile, omnibus annis vndecim dies & quadrantem intercalare. Itaq; maluerunt hunc numerum octies multiplicare, & nonaginta dies, qui nascuntur, si quadrans cum diebus vndecim octies componatur, inferere, in treis menses, vt diximus, distribuendos.* Hæc ille. Solinus idem planè refert his verbis: *Græci singulis annis vndecim dies & quadrantem detrahebant, eosq; octies mul-*

multiplicatos, in annum nonum reseruabant: vt contractus nonagenarius numerus in menses treis per tricenos dies scinderetur: qui nono anno restituti, efficiebant dies quadringentos quadraginta quatuor quos ἐμβολισμὸς ἢ ὑπερβάλλοντας nominabant. Hucusque Solinus. Nos autem octoetericam hanc intercalandi rationem, antiquioribus illis tribuendam putemus Græcis, quibus nondum aliqua percepta fuit Enneadecaeteridis demonstrata regula: cuius primum fuisse authorem Leostratum Tenedium, eumque secutos plureis alios, qui suas etiam Octoeteridas, saltem intercalandi paulò diuersa præscripta lege, similiter ediderint, scriptis nonnulli monumẽtis prodidere. Nec desunt, qui Eudoxum Gnidium ex Ægyptiorum disciplina, Platonis tempore, lunę motum ad Octoeteriden redactum, solis annuæ conuersioni denuò cõciliasse contendunt. Quod tamen vt minus verisimile iudicem, Herodotus facit: siquidem is tertio quoq; anno Græcos intercalarem mensem temporis gratia feciſſe, vel ante Eudoxum tradidit. Aliam præterea rationem intercalandi, viginti duorum quotannis dierum, Numam à Græcis mutuatum, Gaza refert: de qua me quidem nihil apud Græcos legere memini, nisi fortasse rudiores aliquando Græcos ante Solonis & Thaletis Milesij tempora, nondum vlla

neque

neque Octoeteridis, neque Enneadecaeteridis deprehensa norma, crassioribus intercalandi præceptis vsos arbitremur. Non enim magnorum modò annorum, quos pro vario lunæ motu, solis motui coaptando, diuersi authores, Æschylus Athenienſium dux, Solon legislator, Leostratus, Harpalus, Nautelis, Menestratus, Doxitheus, Meton, Philolaus, Oenopides Chius, Democritus, Heraclitus, Eudoxus, Calippus, Hipparchus, Iosephus, & similes, diuersis temporibus protulere: sed & vertentium, qui partim ex horum, quos iam diximus, partim verò Thaletis, Aphrodi, Ptolemęi, aliorumq; multorum obseruationibus censebantur, propter crebriorem mensium dierúmve intercalarium correctionem, eandem perpetuò consistere rationem non potuisse, certò constat. Sed Gazã, cum illud scriberet, ad eam puto Macrobij sententiam respexisse, quæ de Græcorum Romanorumq; veterum non omnino dissimilibus intercalandi regulis, in hunc ferè poterit modum referri. Videbat vtique Numa Pompilius, Romulæum annum ad Albanorum forsitan, aut alterius cuiuspiam vicinæ gentis imitationem constitutum, menses tantummodo decem, qui dies trecentos quatuor præstarent, continere, & sic ab anni solaris quantitate longo admodũ interuallo superari. Is igitur, siue suopte ingenio,

nio, siue, quod magis est verisimile, Græcorum obseruationibus instructus, dies addidit quinquaginta: quo videlicet annum, numero dierum trecentorum quinquaginta quatuor, quibus luna iuxta motum æqualem soli duodecies iungitur, includeret, eumque Græcorum anno maxima ex parte conformem exhiberet. Porrò decem mensibus Romulæis in ordine quidem suo relictis, dierum numeros tantum mutauit. Martio namque Maio, Quintili & Octobri tricenos vnum, reliquis vndetricenos adsignauit: vnde residuos adhuc dies quinquaginta sex, æqua proportione, duobus, quos adjicere decreuerat, mensibus, Ianuario, & Februario distribuit, ita vt vicenos octonos illi dies continerẽt. Quin etiam eorum qui de numerorũ mysteriis variè philosophari solebant, non omnino iniucundas superstitiones reueritus, in imparis numeri honorem, Ianuario, quem à brumæ solstitio deductũ, anni caput esse volebat, diẽ vnum adiecit: vt eo modo tam in anno ipso, quàm mensibus singulis, vno excepto Februario, expiatorio & diis manibus dicato, dierum numerus impar obseruaretur. Dies item nonaginta, Græcorum more, pro mensium initiis ad pristina sua loca reducendis, octonûm annorum spaciis adiungẽdos esse, Numa certè nõ ignorabat: sed ne tantus dierum numerus in nonum

vsque

vsque reseruandus esset annum, elapsis vicenis quaternis subinde mensibus, biennium conficientibus, dies vicenos binos, & vno plures, circa finem anni alternatim intercalari voluit. qua tandem ratione idem illud præstabant Romani, quod & Græci, qui nonaginta sex mensibus euolutis, hoc est, octauo quoque anno completo, antequam nonum auspicarentur, treis menses tricenûm dierum subiungebant. At quia Romani, Græcorum hanc anni cõstitutionem in primis obseruare conati, nihilominus vnicum illum diem, in imparis numeri gratiam, à Numa cæteris trecentis quinquaginta quatuor anni diebus superadditum, negligerent: euitare sanè nullo modo potuere, quin præter Græcorum nonaginta dies intercalares, allapsi octo alij Romanam Octoeteriden Græca lõgiorem extenderent. Quocirca deprehẽsus error huiusmodi, sic demum correctus est, vt in tertiam quamlibet Octoeteriden sex tantum & sexaginta, perinde atque in duabus reliquis nonaginta dies intercalares distribuerentur: compensatis ea ratione viginti quatuor illis, qui per annos totidem supra Græcorum numerum excreuerant. Cum autem Ouidius in Fastis aliam anni Romani dispositionem Decemuiris adscribere videatur, equidem eò referendum esse opinor: quod ij mutata nonnihil Pompilianæ

in-

intercalationis forma, tertio quoque anno, recenti tum Athenienſium more, à quibus & legum tabulas eodem tempore accipiebant, mẽſem integrũ intercalandum cenſuerint: quemadmodum id apud Romanos, non tamen ſine crebris Pontificum erroribus, ad C. Cæſaris ferè tempora fuit obſeruatum.

Nec prætereundum eſt hoc loco, quod Februario, mẽſis, quem vltimi nomine (licet alioqui ſecundus in ordine conſiſteret) Romani cenſebant, intercalationibus fuerit deputatus: ſiquidem & Græci poſt exactum anni tertij menſem duodecimum, reſiduos dies, vel menſem ἐμβόλιμον, intercalare conſueuerãt. Verùm heic etiam à Græcis diſſidebant nonnihil Romani. nam illi confecto iam vltimo menſe, ſuas obſeruabant intercalãdi leges: cum hi Februario nondum abſoluto, poſt viceſimum tertium eius diem, peractis Terminalibus, intercalarẽt, ac reſiduos quinque dies poſt intercalares adderent: antiquo ſcilicet religionis ſuæ more, vt Februarium omnino Martius, quem Romulus anni principem ſtatuerat, ſequeretur. Hæc de annorum varietate dixiſſe ſatis ſit.

Tanta verò in Græcorum menſium appellationibus & ordine confuſio apud ſcriptores deprehenditur, vt quo pacto Romanis illi mẽſibus accommodari debeant, non ita facilè poſſit

sit definiri. Qua de causa laborauit in hoc præcipuè Theodorus Gaza Thessalonicensis, vt mensium Atticorum nomina & iustum ordinem, cæteris Græcorum neglectis prouinciis, ex probatissimorum authorum, vtpote Thucydidis, Demosthenis, Æschinis, Aristotelis & Theophrasti scriptis ostenderet, ac exhiberet. Et licet non omnibus huiuscemodi rerum curiosis vbique satisfecerit, tamen eius viri studium, diligentia & fides magni fieri meritò debet: quod in re mirum in modum perplexa tantum præstiterit, quantum multis aliis perquã difficile fuerit præstare. Ordo sic se habet:

Ἑκατομβαιών,	*Iunius.*
Μεταγειτνιών,	*Iulius.*
Βοηδρομιών,	*Augustus.*
Μαιμακτηριών,	*September.*
Πυανεψιών,	*October.*
Ἀνθεστηριών,	*November.*
Ποσιδεών,	*December.*
Γαμηλιών,	*Ianuarius.*
Ἐλαφηβολιών,	*Februarius.*
Μουνυχιών,	*Martius.*
Θαργηλιών,	*Aprilis.*
Σκιροφοριών,	*Maius.*

Heic videre est, Gazam Iunio nostro tribuere primum Athenienſium mensem Hecatombæona, cuius initium illi sumebãt à Neomenia

præcedente vel sequente quàm proximè solstitium æstiuum, quod quidem hodie duodecimo die Iunij plerunque accidit. quanquam Christi saluatoris nostri tẽpore, vicesimo quarto eiusdem mensis, adeoq; antiquioribus porrò temporibus, in Iulio, prout nostratis anni dispositio se habet, contigerit: ita vt aliquot antè seculis Ἑκατομβαιὼν solstitij respectu, nullo modo ad Iunium, sed Iulium potius fuerit referendus: atque hoc idem de cæteris mensibus, si eos Romanis nostris adplicare velimus, erit statuendum. Cocus Hesiodi interpres, dum peregrinos Atticis mensibus immiscet, nonnullos Atticos omittit, totumq; eorum ordinem, nulla ferè scriptorum veterum obseruata authoritate, perturbat. Sic enim menses enumerat:

Ἑκατομβαιὼν.
Μουνιχιὼν.
Κρόνιος.
Βοηδρομιὼν.
Πυανεψιὼν.
Μαιμακτηριὼν.
Ἀνθεστηριὼν.
Ποσιδεὼν.
Γαμηλιὼν.
Ἐλαφηβολιὼν.
Μουνυχιὼν.
Ἀκηφοριὼν.

Sunt

Sunt item alij, qui partim ordine, partim appellationibus mutatis, Athenienſium menſes in hunc modum recenſent:

Πυανεψιών,	*Ianuarius.*
Ἐλαφηβολιών,	*Februarius.*
Μυνυχιών,	*Martius.*
Θαργηλιών, ἢ Ἀνθεστηριών,	*Aprilis.*
Σκιροφοριών,	*Maius.*
Ἑκατομβαιών,	*Iunius.*
Μεταγειτνιών,	*Iulius.*
Βοηδρομιών,	*Auguſtus.*
Μαιμακτηριών,	*September.*
Ὑποβερεταίων,	*October.*
Γαμηλιών,	*November.*
Ποσιδεών,	*December.*

Huius ordinis quæ fuerit occaſio, facilè ex iis, quæ de ſingulis menſibus annotata ſequuntur, apparebit. At quæ varietatis tantæ apud ſcriptores cauſæ præcipuæ ſint, breuiter heic perſtringendum duxi. Ac primùm de iis, quorum authoritatem Gaza ſecutus eſt, nihil dicendum video: cum ipſi florentiſſimis Athenienſium rebus interfuerint, earundemq; non ſolum in Reipub. negotiis, ſed in temporum quoque diſpoſitione & ordine, de quibus heic agitur, haud dubiè ſcientiſſimi fuerint: ita vt illorum authoritas hac etiam in re non immeritò pleriſque aliis mediocri temporis interuallo

ſub

subsecutis scriptoribus longè præferenda censeatur. Non enim dubium est, quin ex posterioribus nonnulli, nec ij pauci scriptores, prout diuerso modo veterum scripta intellexerunt, diuersos mensium ordines, vt cuique visum est, constituerint. Nam quis neget, Romanos Græcorum imperio potitos, in causa fuisse, vt Græcorum populus ad Romanorum mensium nomina & ordinem adsuefactus, suorum mensium pristinas adpellationes abiecerit: & sic scriptores quoque temporum istiusmodi vocabulis tantummodo mensium antiquorum, quibus interdum vterentur, contenti, verum eorum ordinem aliquanto negligentius obseruarint? Huc adde, quod Græcorum nationes variæ, Macedonum scilicet, Atticorum, Bœotiorum, Siculorum, Asiaticorum, & si quæ fuerunt aliæ; cum nec anni, nec mensium formam vbique obseruarent eandem, etiam in adpellationibus, ordine & initiis diuersum consueuerint. ideoque scriptores vel patriæ vel regionis, in qua scribebant, consuetudinem secuti, sæpiùs in adnotatione temporum, ab Athenienſibus, quorum vrbs multis nominibus totius Græciæ reliquis vrbibus celebrior & illustrior erat, diuersum considerarunt. Nec negauerim, vnius mensis adpellationem, pro regionum & locorum, ita vt fit, recepta consuetudine, diuersis

mensibus, siue diuersa nomina vni alicui mensi nonnunquam fuisse tributa, perinde atq; olim apud priscas Italiæ gentes factũ est. ac idipsum hodie in diuersis Germanicæ linguæ dialectis, licet Romanis mensibus omnes vtantur, similiter contingit. Cæterùm in hac nostra Fastorum serie, aliter atque apud Gazam, menses Romanorum considerandi sunt. Etenim Ianuarius primus in ordine mensis lunaris, cuius initium ante C. Cæsaris tempora, solstitium hybernum circunsidere cõsueuerat, Posideoni Atheniensium, qui septimus ab æstiuo solstitio, & ipsis brumam aduehebat, potiùs quàm Gamelioni, secundum ab hyberno solstitio locum obtinẽti, tribuẽdus videtur. Cum enim illius Neomenia in Decembrem Iulianum vt plurimum, ac veluti singulis annis hac nostra ætate cadat, sic vt aliàs dimidia, aliàs minori, sæpe & maxima sui parte in ipso Decembri, rarius Ianuario deprehendatur: certè commodius fuerit, pro vetustarum rerum & historiarum, ante C. Cæsaris emendatam anni rationem gestarum, adnotatione, Ianuarium Pompilianũ cum Attico Posideone, ad Iulianum Decembrem (siquidem ab huius posterioribus diebus, hyberni solstitij diem, elapsis tot iam seculis, procul ad priores progressum esse videmus) neglecta illa, quæ quidem in hoc negotio requiri, sed propter tan-

tantam in antiquiorum temporum designatione, vel apud optimos scriptores subinde occurrentem confusionem, à nemine præstari facilè posset, summa præcisione: saltem obiter, καὶ ἐν παλάτῃ referre, reliquosque suo consequenter ordine hoc modo sibi inuicem consociare.

Ποσιδεών,	*Ianuarius.*	Pomp. *Decemb.*	Iul.
Γαμηλιών,	*Februarius.*		*Ianuarius.*
Ἐλαφηβολιών,	*Martius.*		*Februarius.*
Μυνυχιών,	*Aprilis.*		*Martius.*
Θαργηλιών,	*Maius.*		*Aprilis.*
Σκιροφοριών,	*Iunius.*		*Maius.*
Ἑκατομβαιών,	*Iulius.*		*Iunius.*
Μεταγειτνιών,	*Augustus.*		*Iulius.*
Βοηδρομιών,	*September.*		*Augustus.*
Μαιμακτηριών,	*October.*		*September.*
Πυανεψιών,	*November.*		*October.*
Ἀνθεστηριών	Gazæ *December.*		*November.*

In subsequenti Fastorum opusculo, Pompilianis mensibus, Iulianorum Nonas, Idus & Calendas ideo adscripsi, vt si quis ea quæ adnotata sunt, nostrorum mensium diebus, quod sanè post C. Cæsaris anni reformationem obseruatum fuit, adscribere malit, citra aliquam vel leuissimam molestiam id facere possit. Postremò notandum & hoc est, Græcorũ mensium diem

quemque tertium Mineruæ, Neptuno octauum peculiariter fuisse addictos: quemadmodum apud Romanos mensis cuiusque Calendas Iuno, Idus Iupiter vendicabant. id quod Ouidius, vnà cum aliis quibusdam similibus, expressit his versibus:

Vendicat Ausonias Iunonis cura Calendas,
Idibus alba Ioui grandior agna cadit.
Nonarum tutela deo caret: omnibus istis
(Ne fallare) dies proximus ater erit.
Omen ab euentu est: illis nam Roma diebus
Damna sub aduerso tristia Marte tulit.

Habuit & suum quisque mensis tutelare numen. Ianuarius enim Iunoni, Februarius Neptuno, Martius Mineruæ, Aprilis Veneri, Maius Apollini, Iunius Mercurio, Iulius Ioui, Augustus Cereri, Septēber Vulcano, October Marti, Nouember Dianæ, December Vestæ, fuerunt olim dicati.

DECEMBER Iulian.

ΠΟΣΙΔΕΩΝ Athen. IANVAR. Pompil.
Αἰγοκέρως. *Capricornus.*

ΠΟΣΙΔΕΩΝ septimus ab æstiuo solstitio mensis apud Harpocrationem ex Hyperidis authoritate pronũciatur; quemadmodum id ipsum ex Aristotele quoque Gaza probat. Nec dissentiunt Suidas & Theophilus, qui Posideona

sideona Decembrem nostrum interpretantur. Plutarchus etiam hoc mense solstitium hybernum fieri, in C. Cæsaris vita scribit: licet in eum cadere Ianuarium adfirmet. quod certè nemo puto, mirabitur: siquidem brumæ solstitium priscis olim temporibus circa Ianuarij principium, & sub finem Decembris contigisse, certò constat.

ΑΗΝΑΙΩΝ apud Hesiodum, Ionicè & Bœoticè. Proclus enim à Bœotiis ait Lenæona vocari, quando sol Capricornum ingreditur, incipiente iam post vindemiam hyeme. Nomen verò à Baccho deductum est, quem Iones Lenæum vocabant; sicut in eodem Hesiodi loco Theophilus & Ioannes Grammaticus adnotarunt: vbi tamen hunc ipsum mensem ad Ianuarium, veterem (puto) solstitij locum considerantes, retulerunt. Sed alius quidam ἀνώνυμος Hesiodi Scholiastes, nec ille quidem recens, Lenæona Decembrem Romanis, Ægyptiis Chœac dici, eoque Bacchi festa celebrari, docet.

ΒΟΥΚΑΙΡΟΣ Bœoticè, quod idem ex Procli in Hesiodum commentariis colligi potest.

ΑΠΙΑΛΑΙΟΣ Macedonicè, Iosepho & Suida testibus.

ΑΡΧΙΕΡΕΥΣ Cypriis dictus.

DECEMBER à Romulo dictus, quod à Martio

tio decimus esset: fuit in tutela Vestæ, Saturno sacer. Macrob.

DECEMBER ΠΟΣΙΔΕΩΝ IANVAR.

Iulian.	*Athen.*	*Pompil.*
1	Νεμέα.	CAL. Ianuar.

Posidonia sacra hoc mense celebrabantur, à Neptuni & Palladis certamine dicta. Sed & octauus cuiusque mensis dies Neptuno sacer erat. Plutarchus.

Item 18. huius mẽsis Æsculapij festũ agebatur.

25. Theseo sacra erat.

IANVARIVS Iulian.

ΓΑΜΗΛΙΩΝ Athen. FEBRVAR. Pomp.

ὑδροχόος. *Aquarius.*

ΓΑΜΗΛΙΩΝ proximus à mense brumali, dictus est quasi Nuptialis, propter Iunonẽ, quæ nuptiis præesse credebatur: id quod ex Demosthene, Harpocratione & Suida probari potest. Fuisse autem à Posideone alterum hunc mensem, Gaza ex Aristotele & Theophrasto disputat. Suidas item Gameliona Ianuarium interpretatur.

ΑΝΘΗΣΤΕΡΙΩΝ, ἢ ἀνθεστηριὼν huc mihi videtur referendus: ita vt Gamelionis nomẽ aliud, non alterius cuiusdam mensis peculiare fuerit. Nec dubium est, denominatum fuisse ab Antheste-rijs, quorum celebritas Baccho sacra, va-

riis nominibus apud veteres vocari solebat. Etenim Theophilus Anthesteria Atheniēsibus Dionysia, & Anthesteriona mēsem, quòd terra reflorescere tunc incipiat, vel quòd in illorū celebritate flores inferri soleant, dici scribit. Dionysia verò, propter Bacchum, cui festiuitas ea fiebat: aliàs etiam Bacchanalia, Ambrosia, Pithœgia, Græcis: Romanis, qui Bacchum Brumum dicebant, Brumalia nominata fuisse, apud eundem Theophilum & Ioannem Grammaticū legitur. Apollodorus vniuersam illā in Bacchi memoriam obseruari consuetam solennitatē Anthesteria, sed partes Pithœgia, Choas, & Chytran, de quibus Thucyd. & Suidas, vocari tradit. Nos igitur si Lenæa, veluti conuenit, ad Dionysia siue Bacchanalia referēda cēseamus: perfacile fuerit iudicare, illa ad hanc hyemis partem brumalem, vel brumā proximè sequētem, esse collocanda: quantumuis Lenæon Ionicus mēsis, ab eo quo Lenæa Athenis celebrata fuere, diuersus videatur. Nam in ea re & Proclus certè hæsit, dū Lenæona, aut Bucęron, quo plures boues interirent, circa solstitium hybernum: aut Hermæon, qui post Budura sit, mense Gamelione, Lenæorū festiuitate Atheniēsibus celebri, poëtam intellexisse suspicatur. Atque hac de causa, Val. Harpocrat. vt opinor, Anthesterionа Baccho sacrū, Athenienſibus octauum

fuisse mensem: & sic dictum, quod ex terra plurimi tum nascantur flores, secundum Histeris sententiam prodidit. nec diuersum eadem in re Ptolemæum quoque sensisse constat. Plutarchus tamen & Macrobius vernũ hunc faciunt mensem: siquidem alter ad Romanorum Aprilem, ad Martium alter in vita Syllæ refert. Nec mirum, cum illud ex vocabuli significatione, quæ à floribus deducta videtur, potuerint opinari. Proinde Gaza, vt autumnalem Antheste-riona demonstret, tam esse verisimile ait, mensem à florum inopia, quàm eorumdem copia nominari potuisse, ὥσπερ τὸ αὖθις ἔαρ, quia tunc floribus priuentur prata. Quin & Philostratum reprehendit, qui morem Athenien-sibus fuisse scribit, pueros trimos floribus coronari mense Antheste-rione, quo Dionysia celebrari consuessent: quasi verò impossibile fuerit, vel sub ipsam brumam ex renascentibus iam floseulis, pueriles in Græcia nectere corollas; cum id in frigidioribus multò regionibus fieri, non rarò videamus. Certum autem hoc est, plures Bacchi ferias diuersis anni temporibus Græcis fuisse obseruatas. Quapropter ego scriptorum tantam in huiusce-modi rebus dissen-sionem, diligentiori cuique lectori dijudican-dam relinquo.

ΕΡΜΑΙΟΣ Bœoticè, vel Ionicè, sicuti ex

Pro-

Proclo colligere licet.

ΑΥΔΥΝΑΙΟΣ, ἡ Νυχιὰν Macedonicè, Epiphanio & Suida testibus.

ΕΣΘΙΟΝ Cypriis.

IANVARIVS à Numa Pompilio primùm nominatus est mensis hic brumalis, propter Ianum, à quo rerum omnium initium esse deducendum antiquitas credebat. Græcorum quidam Æonoarium, id est, seculorum parentem adpellarunt: vt est apud Theophilum & Suidam.

IANVAR.	ΓΑΜΗΛΙΩΝ	FEBRVAR.
Iulian.	*Athen.*	*Pompil.*
1.	Νυμφεία.	CAL. Febr.

Gamelia Iunoni, Lenæa Baccho apud Græcos hoc mense celebrabantur.

7. Isidis ἄφιξις, id est accessus. Plutarchus.

11. Limnis Baccho sacra fiebant. Thucydid. libro 2.

12. Ludi geniales triduo.

13. Choes. Suid. Pithœgia.

13. Chytra, pars Anthesteriorum: quam tamen Harpocration, & Hesiodi Scholiastes ad Lenæonem mensem referunt.

FE-

FEBRVARIVS Iulian.
ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ Athen. MARTIVS Pomp.
Ἰχθύς. *Pisces.*

ΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ hybernorum mensium vltimus apud Gazã, ex Thucydide & Aristotele demõstratur. Nomen habuit à Dianæ quibusdam sacris, quę propter ceruorum victimas Elaphebolia dicebãtur. Laurentius Valla, Thucydidis interpres, hunc mensem pro Romano Decembri non rectè exposuit.

ΓΕΡΑΙΣΤΙΟΣ, & Γεραιστιὼν Lacedæmoniis ac Trœzeniis dictus est. Thucyd.

ΠΕΡΙΤΙΟΣ Macedonicè. Iosephus, Suid.

ΡΩΜΑΙΟΣ Cypriis.

FEBRVARIVS Neptuno, vel potius, vt habet Ouidius, diis Manibus sacer, Romanis dictus est à Februo, qui secundum Isidorum Pluto, vel, vt Seruius putat, pater Ditis fuit. Sed aliis nomen sumpsisse videtur à februãdo, id est, expurgando: siquidẽ hoc mense per dies duodecim continuos februa celebrabãtur, pro defunctorum manibus. Ideoque Plutarchus in Romulo, Februarium quasi expiatorium dici refert. Honorius à febrili rigore, nominis etymon non satis bene deduxit. Ac Suidas multo incommodius, mensem adpellatum tradit à Februo quodam Romano Cos. genere Gallo, cuius

cuius opera Camillus in exilium eiectus, recuperata tandem è Gallorum manibus vrbe, vestibus illum nudatum, scirpeaque storea indutum, lictoribus flagellandum. & vrbe cum ignominia expellendum tradiderit. Inde verò mutilo mensi nomen istius impositum.

FEBRVAR. ΕΛΑΦΗΒΟΛ. MARTIVS

Iulian.	*Athen.*	*Pompil.*
1	Νεμεσίων.	CAL. Mart.

Elaphebolia Dianæ sacra Græcis celebrata.

15. Inducię inter Athenienses,& Lacedæmonios octauo anno belli Peloponnesiaci. Thucyd.lib.4.

MARTIVS Iulian.

ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ Athen. APRILIS Pompil.

Κριός. *Aries.*

ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ decimum inter Atticos menses locum obtinuit, prout ex Hyperide recensetur Harpocration. Dictus fuit à Dianæ sacris, quæ Munychia nominabantur: nam & ipsa diua nonnunquam isto nomine dici solebat. Suidas secundum in ordine collocauit: non satis memor, quòd eum locum alibi adscripserit Metageitnioni.

ΑΥΣΤΡΟΣ Macedonicè. Iosephus, Suidas.

ΑΦΡΟ-

ΑΦΡΟΔΙΣΙΟΣ apud Cyprios.

Martius, à Marte, primo Romanorum regi Romulo, cuiusille pater credebatur, dictus est: in qua sententia, præter alios multos scriptores, fuerunt etiam M. Fuluius Nobilior, & Iunius. Hinc illud Ouidij:

Martis erat primus mensis, Veneriſque secundus:
Hæc generis princeps, ipsius ille pater.

Sed Varro non propter Martem Romuli patrem, sed quod Latina gens, à qua mensium nomina Romulus acceperit, bellicosa præ cæteris, hunc mensem totius anni primum obseruarit, ac in rei militaris honorem, à militari diuo denominarit. Romanis etiam eodem nomine mensem eundem adpellatum fuisse prodidit. Ac idem planè sensit Festus, quod & Ouidius expressit hoc modo:

Mars Latio venerandus erat, quia præsidet armis:
Arma feræ genti remq; decusq; dabant.

Præterea Martium Latinis gentibus vbique sanè obseruatum, non tamen eodem omnibus ordine habitum, his versibus idem poëta docet.

Quòd si fortè vacat, peregrinos inspice Fastos:
Mensis in his etiam nomine Martis erat.

Ter-

Tertius Albanis, quintus fuit ille Phaliſcis,
Sextus apud populos Hernica terra tuos.
Inter Aricinos Albanaq; tempora conſtat,
Factaq; Telegoni mœnia celſa manu.
Quintum Laurentes, bis quintum Æqui-colus acer,
A tribus hunc primum turba forenſis habet.
Et tibi cum proauis miles Peligne Sabinis
Conuenit huic genti quartus vtriq; deus.
Romulus hos omnes vt vinceret ordine ſaltem,
Sanguinis authori tempora prima dedit.

MARTIVS	ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ	APRILIS
Iulian.	*Athen.*	*Pompil.*
I	Νεμηνία.	CAL. April.

Munychia Dianæ ſacra.

16. Dianæ ſacratus dies ab Athenienſibus, quo Themiſtocles Græcæ claſſis dux, Perſarum claſſem deiecit, & profligauit ad Salaminam, Die plenilunij. Plutarch.

APRILIS Iulian.
ΘΑΡΓΗΛΙΩΝ Athen. MAIVS Pompil.
Ταῦρος. *Taurus.*

ΘΑΡΓΗΛΙΩΝΑ penultimũ Athenienſibus fuiſſe menſem, Gaza ex Æſchine, Ariſtotele

tele & Theophrasto docet. Dictus autem hoc nomine fuit, propter Thargelia Apollinis & Dianæ sacra, quæ hoc ipso mense, quo illos Delij natos credidere, veteribus obseruabantur. Hyperides, Laërtius, Suidas, Harpocration. Quidam vltimo loco Thargeliona putãt habendum, eo quòd Plutarchus Troianum excidium ad vicesimum quartum illius diem referat: ac Dionysius Halycarnassæus eandem Troianorum cladem octauo desinentis Thargelionis, qui decimus septimus ante solstitium æstiuum fuerit dies, contigisse tradit. Qua de re Gaza variè disputat.

ΦΤΣΙΟΣ, ἡ Βύσιος Delphicè: quod ex Plutarcho colligitur in Problematis, vbi ait, Apollinem septimo huius mensis die natum: idque Laërtius in Platonis vita Thargelioni adscribit.

ΞΑΝΘΙΚΟΣ, ἡ Ξανθικὸς Macedonicè. Iosephus, Plutarchus, Suid.

ΑΠΟΓΟΝΙΚΟΣ Cypriis.

Aprilem, quasi Aphrilem, Ouidius in Fastis, & Plutarchus in Numa, dictum putant: nimirum à Venere, quam Græci ἀφροδίτην, ἀπὸ τῆς ἀφροῦ, id est spuma, ex qua illam poëtæ natam fabulantur, plerunque nominarunt. Alij tamẽ ratione, vt videtur, magis probabili, Aprilem, quasi Aperilem, ab aperiendo, dictum existi-

stimant, quod tunc aperiatur terra, cunctisque rebus nascendi facultatem præstet. Cur enim à Venere nominetur, cum nulla eius celebritas, toto hoc mense sit apud priscos, vel Græcos, vel Romanos obseruata? sicuti ex Cincio & Varrone Macrobius refert. Adde quòd Latino potius quàm Græco nomine mensem hunc, perinde atque alios omnes, Romani nominandum haud dubiè censuerint.

APRILIS	Θ ΑΡΓΗΑΙΩΝ	MAIVS
Iulian.	*Athen.*	*Pompil.*
1.	Νεμηνία.	CAL. Maij.

THARGELIA Apollini & Dianæ, Apaturia Veneri. Simplicius. Suid.

6. AT HENIENSES ciuitatem lustrabant. Laërt. Dianæ natalis, item Socratis. Diog. Laërt. ex Apollodori Chronicis. Plutarch. Dionys. Hal.

7. APOLLINIS natalis. Plutarch. Apollodor. Laërt. Platonis item & Carneadæ philosophorum. Plutarch. Quin hic dies etiam fatalis Platoni fuisse scribitur, cum annos vitæ compleuisset octoginta vnum. Quare & Magi, qui tum Athenis fuere, eidem, veluti amplioris quàm humanæ sortis viro, vt qui perfectissimum numerum nouies nouenûm annorum adiecutus esset, immolauerunt.

Thar-

Thargelia Athenis, quæ Carnia Cyrenæis. Plutarch.

Natalis Castoris & Pollucis.

20. Bendideia celebrabantur Athenis in Portu Piræo. Proclus.

MAIVS Iulian.

ΣΚΙΡΟΦΟΡΙΩΝ Athen. IVNIVS Pompil.

Δίδυμοι. *Gemini.*

ΣΚΙΡΟΦΟΡΙΩΝ, Athenienſium vltimus menſis à Gaza demonſtratur, ex Æſchine, Ariſtotele, & Theophraſto. Nomen ſortitus eſt ab vmbraculis, propter ædificandi commoditatem: vel potius ab Athenienſium celebritate, quam ipſi σκίρα vocabant. Sunt alij, qui à Sciriade Minerua mẽſis adpellationem putent eſſe deriuatam: cuius quidem diuæ colendæ diuerſas occaſiones, Philochorus, Praxion, & alij quidam Atticarum rerum ſcriptores, adnotarunt.

ΑΡΤΕΜΙΣΙΟΣ Macedonicè, apud Suidam & Epiphanium. Galenus ad Martium refert.

ΑΙΝΙΚΟΣ Cypriis.

MAIVS vnde nominatus primùm fuerit, ex variis ſcriptorum veterum opinionibus Macrobius narrat: vbi ait, Fuluium Nobiliorem in Faſtis ſcriptum reliquiſſe, hunc menſem in ordine

dine tertium à Romulo sic dictũ, à maioribus, id est senatoribus, qui consilio rempublicam Romanam gubernarent: sicut & sequentem à iunioribus, qui armis rempublicam tuerentur, Iuniũ nominarit. Cincius à Maia Vulcani vxore, quam tamen Piso Maiestam dixit, mensi nomen obtigisse retulit, eodem Macrobio teste. Ouidius à Maiestate. Honoris & Reuerentiæ filia, Maij nomen deriuat. Plerique eum à Maia Mercurij matre, cui vnà cum filio mercatores hoc mense sacrificare consueuerint, nomen accepisse censent: præsertim quòd Plutarchus Mercurio sacrum fuisse Maium mensem, scripserit.

MESIVS Osca lingua dicebatur, vt ait Festus: cui si credimus, Maij mensis adpellatio vel ante Romam conditam extitit: id quod argumento foret, à Romulo nullum illi propter maiores nomen inditum.

MAIVS	ΣΚΙΡΟΦΟΡΙΩΝ	IVNIVS
Iulian.	*Athen.*	*Pompil.*
1	Νεμέσια.	CAL. Iun.

ΣΚΙΡΑ festum vmbraculorum, & Pallas σκιράς.

12. Athenienſibus valde celebris ob victoriam ad Mantinæam.

14. Bouphonia Athenis. Etymolog.

IVNIVS Iulian.
EKATONBAIΩN Athen. QVINTILIS Pomp.
Καρκῖνος. *Cancer.*

EKATOMBAIΩN mensis erat solstitialis, à quo Athenienses annum ordiri consueuerant: sicut ex tertia Demosthenis Olynthiaca probari potest Dictus à Iouis, siue, quod malim affirmare, Apollinis quibusdam sacris, quæ à centum, vel etiam alia quapiam incerta boum in sacrificiis obferendorum multitudine, ἑκατομβαῖα dicebantur. Etenim hoc mense præcipuus Apollini cultus haud dubiè fuit exhibitus, propter solstitium, quo cis Cancri tropicum circulum habitantibus, sol quam maximè propinquus, Athenienſibus ob id anni principium faciebat.

KRONIOS, ἢ Κρονιών, id est Saturnius, à vetustioribus Atticis fuit adpellatus, quòd Iouis aut Saturni sacra hoc tempore fierent, teste Plutarcho.

IPPODROMIOS Bœoticè, Plutarcho itidem authore in Camillo. Sed hanc adpellationem nonnulli cum Xantico Macedonum cõiungunt, eò fortasse, quod Etymologicon ἑκατομβαιῶνα Aprilem dicat: idque Plutarchi interpretem in Theseo decepisse arbitror, dũ χρόνιον Hecatombæoni coniunctũ, Aprilẽ reddidit.

ΔΕ-

ΔΕΣΙΟΣ, ἢ δαίσιος Macedonicè, apud Plutarchum in Aristide & Alexandro, Suidam & Theophilum.

ΙΟΥΝΙΟΣ Cypriis.

IVNIVS Romanis, à Iunone potius, quàm à iunioribus, dictus olim fuisse videtur: quandoquidem eo mense Iunoni à veteribus maximi habebantur honores. Nec sanè desunt scriptores, qui non solum apud Latinas aliquot gentes, sed & Romanos antiquiores ipsos, Iunonium ac Iunonialem hunc mensem nominatum adfirment; Gincius, Nisus, Festus. Plura de Iunij mensis nomine vide apud Ouidium in Fastis.

IVNIVS	EKATOMB.	QVINTILIS.
Iulian.	*Athen.*	*Pompil.*
1	Νεμηνία.	CAL. Iul.

Hecatombæ Apollini fiebant.

5. LACEDÆMONII prælio victi, ad Leuctra Bœotiæ oppidum. Plutarch. in Cam.
Thebani prælio vicerunt Lattamiã & Thessalos ad Geræstam, ducentis ante pugnam Leuctricam annis. Plutarc. ibid.

5. NATVS Alexander Magnus: quo die Philippus pater quadrigis victor in Olympiis euasit. Plutarch. Diod. Sic.
Dianæ Ephesiæ templum conflagrauit, eo-

dem quo natus Alexander die. Plutarchus
15. Castoris, & Pollucis.
16. ΟΙΚΕΣΙΑ Athenis.
28. Panathenæa magna Athenis. Proclus.

QVINTILIS, qui postea IVLIVS.

ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ Athen. SEXTILIS Pompil.
Λέων. *Leo.*

ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΩΝ, Hecatombæoni proximè subiungendus, secundum in ordine mensium locum obtinet? prout ex Demosthene, Aristotele, & Theophrasto, Gaza demonstrat. Nomē à Metageitniis sacris, quæ in Apollinis honorem celebrabantur, deductum est: quod quidem ex Suida colligitur. Plutarchus in Publicola Metageitnionem Septembri cōiunxit, forsan ab aliquo, quem sequebatur, deceptus.

ΚΑΡΝΙΟΣ apud Syracusanos vocatus est, à sacris itidem Apollinis, quæ Καρνεῖα dicebantur. Guarinus Veronensis in Plutarchi Nicia, Maium interpretatus est: sed non video causam.

ΠΑΝΕΜΟΣ, ἢ Πανέμῳ, Bœoticè & Macedonicè: cuius diem vicesimum sextum, quarto Boedromionis coniunxit Plutarchus in Aristide, vbi ait: Τετράδι τῷ Βοηδρομιῶνος ἱσταμένου, κ̣ᾷ

ἀγ-

ἀθηναίοις, καὶ κζ Βοιωτὸς πεζάδι ξ πανέμῳ φθίνοντος. Vnde apparet non modò nomina, sed & initia mensium diuersa, in Græcorum diuersis regionibus fuisse obseruata: siquidem πάνεμος maxima sui parte Metageitnionem occupans, postremis aliquot diebus in Boedromionem incidit.

ΚΑΙΣΑΡΙΟΣ Cypriis.

QVINTILIS Romanis primùm dictus fuit, quòd in ordine quintus esset à Martio, qui Romulo initium anni præstabat. Durauit autem hæc adpellatio vsque ad annum, quo C. Iulius Cæsar in senatu peremptus est. tunc enim M. Antonio Cos. illius collega statuente, Iulius nominatus est, propter natum hoc mense C. Cæsarem. Fest. Macrob. Censorin.

IVLIVS	METAΓΕΙΤ.	SEXTILIS
Iulian.	*Athen.*	*Pompil.*
1	Νεμεία.	CAL. Sext.

METAGEITNIA & Carnia Apollinis sacra apud Græcos.

7. ATHENIENSES apud Cheronæam ingenti clade prostrati sunt à Philippo Macedonum rege: quo die & in Italia pugnatum est inter Lucanos & Tarentinos: vbi Archidamus Lacedæmoniorum rex, pro Tarentinis pugnans, victus & interfectus est. Plutarch. in Cam.

Post mortem Alexandri, victi sunt iterum Athenienses, ab Antipatro, ad Cranonem.

15 ADONIA Fœminæ Athenienses ieiunium seruabant, Adonidis mortem lugentes.

25. Athenienses cruento admodum prælio, à Lacedæmoniis, & Siracusanis victi sunt in Sicilia ad Asinarum fluuium. Quare dies hic Syracusanis festus quotannis agebatur. Plutarchus in Nicia.

SEXTILIS, qui postea AVGVSTVS.

BOHΔPOMIΩN Athen. SEPTEMB. Pomp. παρθένος. *Virgo.*

BOHΔPOMIΩN tertius Athenienſium mensis, ex Demosthene & Aristotele ostenditur. Celebrarunt autem Athenienses hoc tempore Βοηδρόμια, quæ in Apollinis Boedromij, cuius in Bœoticis Pausanias meminit, honorem, clamosæ alicuius excursionis specie facta traduntur. Suidas tamen, & Harpocration, honorem istum Ioni Xuthi filio, quòd Atheniensibus contra Eumolpum, Erechthei regis tempore, commodissimam opem adtulisset, exhibitum scripsere. Plutarchus Thesei tempore, cum Amazones Athenas inuasissent, eam celebritatem institutam fuisse scribit. Guarinus Veronensis in Alexandro Plutarchi, pro Boedro-

dromione Iunium reddidit: sicut & alij nonnulli eiusdem authoris interpretes alibi fecerunt, quia mysteria circa solstitium Athenis celebrari consueuisse putarunt. Quamuis ex Demosthene & Plutarcho satis constet, hoc ipso mense nequaquam solstitiali, Mysteria magna priscis Athenienſibus fuisse celebrata.

ΛΩΟΣ Macedonicè: at eum Iosephus ab Athenienſibus Hecatombæona, ab aliis Męmacteriona, à Romanis Augustum adpellari ait. quemadmodum Plutarchus etiam in Alexandro, λῶον cum Hecatombæone coniunxit, dum inquit ἐγίνετο δ' Ἀλέξανδρος ἱσταμένου μὲν τοῦ ἑκατομβαιῶνος, ὃν μακέδονες λῶον καλοῦσιν ἕκτῃ. Et hoc quidem Guarino causam præbuisse reor, cur in eo loco Hecatombæona Augustum sit interpretatus. Galenus quoque lib. 1. Epidem. λώϊον, modò in transcribendo non sit erratum, Iunio Romano copulauit.

ΣΕΒΑΣΤΟΣ Cypriis.

SEXTILIS apud Romanos erat, ordinis ratione: siquidem sexto post Martium loco reperitur. eo namque modo & reliqui menses ad Decembrem vsque, iuxta numerum quisque suum, nominati sunt.

AVGVSTVS verò dictus est in C. Octauij Cæs. Augusti honorem, C. Martio Censorino, & C. Asinio Gallo Coss. anno ante Christi natalem

talem quinto, vel sexto. Censorinus. Causæ, propter quas Augustum hoc modo venerati sunt Romani, exprimuntur apud Macrobium in Senatusc. hac ipsa de re proposito: nimirum quod hoc mense Cæsar Augustus primum consulatum inierit, triumphos treis in vrbem intulerit: ex Ianiculo deductæ legiones, Augusti fidem & auspicia secutæ sint: Ægyptus denique in potestatem populi Romani redacta, finisque bellis ciuilibus fuerit impositus.

SEXTILIS	BOHΔPOM.	SEPTEMB.
Iulian.	*Athen.*	*Pompil.*
1.	Νεμηνία.	CAL. Septemb.

Boedromia sacra Athenis celebrabantur.

6. Persarvm ac Medorum exercitus ab Athenien sibus, duce Miltiade, fusus ac profligatus est ad Marathonem. Herodot. Thucyd. Plutarch. in Cam.

12. Charisteria Athenis pro libertate. Plutarch.

14. Athenienses Chabria duce, nauali prælio ad Naxum victores euasêre. Plutarchus in Cam.

Persæ Artabazum secuti, è Græcia profligati: & Ioui liberatori sacrificatum.

Græci victoria ad Platæas potiti, Thebas obsidione cinxerunt, petentes eos sibi dedi, qui

qui cum Medis ante senſiſſent: in primis verò Timagenidem & Attaginum, factionis principes: quos niſi dediſſent, non prius ab vrbe diſcedendum, quàm euerſa foret. Herodotus.

20. MYSTERIA magna celebrabantur Athenis, quibus extra vrbem myſticus Bacchus efferebatur. Plutarch. in Cam.

Thebæ ab Alexandro Magno captæ ac deletæ, circa feſtum Myſteriorum. Plutarch.

Athenienſes paulo antè victi ab Antipatro in Cranone, præſidia Macedonica in vrbem recepêre. Plutarchus in Camill. & Demoſt.

25. Darius Perſarum vltimus Monarcha poſtremo prælio ſuperatus ab Alexandro Magno ad Arbelas, & vitam, & imperium amiſit anno Olymp. 112. Diodor. Plutarchus.

SEPTEMBER Iulian.
MAIMAKTHPIΩN Athen. OCTOBER Pomp.
Zυγός. *Libra.*

MAIMAKTHPIΩN, primus Autumni menſis erat Athenienſibus, quemadmodum ex Ariſtotele colligere licet: ideoque Septembri noſtro plerique eum tribuunt. Ioui autem ſacra quædam tum fuiſſe peracta, vel inde conſtat, quòd is Mæmactes, Harpocratione teſte, fuerit cognominatus. Nec tamen negauerim,

Græ-

Græcos perinde atque Latinos, ab aëris perturbatione, quam illi μαιμακτὴν dicunt, mensi nomen dedisse: sic enim tam foret credibile, Iouem à mense, quàm mensem à Ioue, priscis Athenien sibus fuisse denominatum. Epiphanius & Suidas Ianuarium, Iosephus Augustum, Octobrem alij pro Mæmacterione intellexerũt. Ac habet aliquid forsan rationis, cur October dici potuerit, cum ipsius maior pars in Octobrem aliquando inciderit.

ΑΛΑΛΚΟΜΕΝΙΟΣ Bœoticè. Plutarchus in Aristide.

ΓΟΡΠΙΑΙΟΣ Macedonicè, apud eundem, Iosephum item & Suidam: sed Epiphanius Γορπιαῖον cum Augusto coniunxit.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΚΟΣ Cypriis.

September Romanis, quasi septimus imber, non tantum quòd à Martio septimus numeraretur, verùm etiam ob imbres, & aëris perturbationem, quæ sub initium autumni accidere frequentius solent, dictus est: haud aliter ac reliqui menses, ad finem vsque anni, suas adpellationes olim nacti sunt.

SEPTEMBER	ΜΑΙΜΑΚΤΗΡ.	OCTOBER
Iulian.	*Athen.*	*Pompil.*
1	Νεμηνία.	Cal. Octob.

Iovi Męmactæ, apud Græcos.

4. Mvn-

4. MVNDVS Cereris pater. Festus.
Thebani vicesimum diem à Græcis victoribus ad Platæas, obsessi, dederunt eos qui cum Medis antè senserant contra Græciæ libertatem. Attaginus tamen clam elapsus euasit. Herodotus.

16. Græci parentabant iis qui ad Platæas pro Patriæ libertate pugnantes contra Persas occubuerant. Plutarchus.

19. Ægyptij sacrificabant Thot numini, quem Romani Mercurium dicebant. Plutarchus.

20. Canem Marti immolant Lacedæmonij.

OCTOBER Iulian.

ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ Athen. NOVEMBER Pompil.

σκόρπιος. *Scorpius.*

ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ, alter à Mæmacterione mensis, ex Theophrasto potissimum ostenditur, apud Gazam. Nomen habuit propter πυανέψια sacra, quæ coctis fabis in Apollinis honorem fiebant: πύανα enim fabæ dicuntur. Lapus Plutarchi interpres in Theseo, vbi agitur de Oschophoriis, Athenienſium celebritate, in memoriam Thesei, feliciter ex Creta cum adolescentibus in vrbem reuersi, primum instituta: τῇ ἑβδόμῃ πυανεψιῶνος ἱσταμένου, Nonas Iulij non bene reddidit. Siquidem idem Plutarchus autumnalem hunc mensem alibi facit, dum

Ægy-

Ægyptiorum Athyri, qui mensis ipsorum tertius est, illum coniungit. quod certè ad Octobrem spectabit, modò in Augusto Thot mensem constituamus: sicuti Plinius feciſſe videtur, vicesimum septimum diem mensis Thot, quem ipse Thiatim vocat, Augusto tribuens.

ΑΜΑΤΡΙΟΣ, ἢ Δεμέτριος, Bœoticè, apud Plutarchum.

ΥΠΕΡΒΕΡΕΤΑΙΟΣ Macedonicè, secundum Iosephum & Suidam. Galenus tamen hunc mensem apud Pergamam patriam suam, Hyperberetæum, Romæ Septembrem, Athenis Mysteria dici refert. Cuius quidem confusionis mensium causam, hoc loco, sicut & multis id genus aliis, in varietatem Embolysmorũ, quos non vno & eodem semper anno ac mense, diuersis nationibus obseruatos fuisse constat, reiiciendam arbitror.

ΗΜΑΡΧΕΞΑΤΙΟΣ Cypriis.

October, octauus à Martio, Marti dicatus erat: siquidem ei quotannis hoc mense immolabatur à Romanis equus in campo Martio, qui à mensis adpellatione October dicebatur. Festus.

OCTO-

OCTOBER ΠΥΑΝΕΨΙΩΝ NOVEMBER

Iulian. *Athen.* *Pompil.*

1 Νεμηνία. CAL. Nouemb.

ΠΥΑΝΕΨΙΑ Apollinis sacra.

7. THESEVS Apollini votum persoluit, pro felici reditu ex Creta. Plutarch.

8. PYANEPSIA Apollini. Suidas.
Eresione, id est, ramus oleaginus plectitur. Plutarchus.
Oschophoria, id est, Ramalia celebrabantur Athenis in memoriam Thesei. Plutarchus, Suidas.

16. Thesmophoria, Cerealia Athenis. Plutarc. in Demosthene.

18. Mysteria minora. Plutarch. Galenus.

21. Pamboeotia sacra Palladis.

22 Chalcea, Mineruæ itidem solennitas, quam Phanodemum Volcani fuisse tradit. Harpocration.

25. Lacedæmonij quartarios vini Apollini offerebant.

NO-

NOVEMBER Iulian.
ΑΝΘΗΣΤΕΡΙΩΝ DECEMBER
Athen. si tamen Gazæ credimus. Pompil.

τοξότης. *Sagittarius.*

Diligenter quidem Gaza mensium Atticorum nomina & ordinem ex probatissimis authoribus conquisita tradit: sed cum Anthesteriona Romanorum Nouembri coniungendum putet, equidem hærere me fateor: nec satis euidentes video rationes, cur ad aliud anni tempus referri non debeat. quandoquidem è tot scriptoribus, quorum de huius mensis loco diuersæ admodum sententiæ sunt, nemo ad autumnum, pleriq; ad hybernum aut vernum tempus, eundem retulere. Quapropter ego Gamelioni non sine causa iungendum illum opinor. Attamen hoc loco iis qui Gazæ opinionem sequuntur, morem gessi, dum Græcas quasdam solennitates Anthesterioni conuenientes, Nouembri nostro subieci.

ΔΙΟΣ Macedonicè. Suidas, Iosephus.
ΠΑΝΘΥΠΑΤΟΣ Cypriis.
November Romanis.

NO-

NOVEMBER ΑΝΘΗΣΤΕΡ. DECEMBER

Iulian. *Athen.* *Pompil.*

I Νεμηνία. CAL. Decemb.

ANTHESTERIA Baccho.

10. LIMNIS Baccho sacrificabatur. Thucyd.

Pithœgia, dum reserarent vini dolia. Plutarchus.

13. CHOES. Suid.

MINERVAL præceptoribus soluebatur Athenis. Athenæus.

Chytra. Suidas.

Huius mensis dies aliquot fuere nefasti. Hesychius: Μιαραὶ ἡμέραι τῶν Ἀνθεστηριῶνος μηνὸς, ἐν αἷς τὰς ψυχὰς τῶν κατοιχομένων ἀνιέναι ἐδόκουν. *Nefasti dies, & impuri mensis Anthesterionis, quibus mortuorum animas sursum redire arbitrabantur.*

FINIS.

A01147570

CENSVRA.

VEl in hunc finem isti priscæ gentilitatis Ritus imprimi poterunt, vt etiam ex eiusmodi superstitionum tenebris suam felicitatem pius Christianus agnoscat, quod erutus de potestate tenebrarum translatus sit in lumen Dei & regnum.

GVILIELMVS FABRICIVS Nouiomagus Apostolicus & Archiducalis libr. Censor.

L: 29

Digitized by Google